Missale ad vsū insignis ac preclare ecclesie Sar. nuper accuratissime castigatū: perpulchrisq; caracteribus impressum: officia oīm sctōꝝ totaliter ad lōgū [q̄d celebrātib⁹ maxime erit vtilitati] cōtinēs cū plurib⁹ officijs nouis ī fine additis


IMPRIME
A ROVEN
DEVANT
SAINCT LO
MM

Magister Martinus Morin.

BRITISH MUSEUM

Tabula ad inueniendum paſcha in perpetuum.

Numerus aureus.	Littere			Domini		cales.	
	A	B	C	D	E	F	G
i	ix	x	xi	xij	vi	vij	viij
ij	xxvi	xxvij	xxviij	xxix	xxx	xxxi	i
iij	xvi	xvij	xviij	xix	xx	xiiij	xv
iiij	ix	iij	iiij	v	vi	vij	viij
v	xxvi	xxvij	xxviij	xxix	xxiij	xxiiij	xxv
vi	xvi	xvij	xi	xij	xiij	xiiij	xv
vij	ij	iij	iiij	v	vi	xxxi	i
viij	xxiij	xxiiij	xxv	xix	xx	xxi	xxij
ix	ix	x	xi	xii	xiii	xiiii	viij
x	ij	iij	xxviij	xxix	xxx	xxxi	i
xi	xvi	xvij	xviij	xix	xx	xxi	xxij
xij	ix	x	xi	v	vi	vij	viij
xiij	xxvi	xxvij	xxviij	xxix	xxx	xxxi	xxv
xiiij	xvi	xvij	xviij	xix	xiij	xiiij	xv
xv	ij	iij	iiij	v	vi	vij	viij
xvi	xxvi	xxvij	xxviij	[illegible]	xxiij	xxiiij	xxv
xvij	xvi	x	xi	xij	xiij	xiiij	xv
xviij	ij	iij	iiij	v	xxx	xxxi	i
xix	xxiij	xxiiij	xviij	xix	xx	xxi	xxij

¶ Nota ꝙ in loco correſpondente numero aureo et littere dominicali inuenies quota die martii/vel aprilis erit dies paſche illo anno quo currunt talis littera et numerus.

¶ Item nota ꝙ numerus de rubro in tabula ſupraſcripta ſcriptus ſignat menſem aprilis. Et de nigro/menſem martii.

¶ Item nota ꝙ numerus aureus incipitur ab vno / et durat vſqꝫ ad .xix. incluſiue. Poſtea reincipitur ab vno. Et ſic vſqꝫ in perpetuum.

¶ Item nota ꝙ in anno preſenti M.ccccc.et xiiij in quo fuit impreſſū preſens miſſale numerus aureus eſt xiiij. ⁊ littera dñicalis eſt g.

¶ Item nota ꝙ numerus aureus/⁊ littera dominicalis/incipiuntur in circunciſione domini/et non in paſcha.

1500 ¶ Item nota ꝙ anno domini M.ccccc. numerus aureus fuit xix. Et M.ccccci. numerus fuit i. et ſic de aliis.

¶ Item nota ꝙ annus hꝫ. xii. menſes hebdomadas lii. et diē vnū. Et hꝫ dies ccclxv. et horas ſex. Que quater ſumpte conſtituunt biſſextū.

Januarius.

KL Prima dies menſis et ſeptima truncat vt enſis.
Januarius habet dies.xxxi.Luna vero.xxx.
Pocula ianus amat.

iii	A	Januarii		Circumciſio dñi. minus dup.ix.lectiones.
	b	iiii	N	Octa.ſancti ſtephani prothomartiris.iii.lectiones.
xi	c	iii	N	Octa.ſancti iohannis apl'i & euangeliſte.iii.lec.
	d	Prid' non		Octa.ſanctorum innocētium martirum.iii.lectiones.
xix	e	Nonis		Octa.[redacted] mar.& ſācti edvvardi regis & cōfeſ.
viii	f	viii	Id	Epyphania dñi. feſtū principale dup.ix.lectiones.
	g	vii	Id	Claues ſeptuageſime.
xvi	A	vi	Id	Luciani preſbyteri et ſociorum memoria tantum.
v	b	v	Id	
	c	iiii	Id	
xiij	d	iij	Id	Sol in aquario.
ij	e	Prid'	Id	
	f	Idibus		Octa.epy.inuita.tri.ix.l.med.lec.de ſctō hylario
x	g	xix	kl Febr.	Felicis pbri et mar.inuitz. ſimp.iii.lectiones
	A	xviij	kl	Mauri abbatis.inuita.ſimp.iij.lectiones
xviij	b	xvii	kl	Marcelli [redacted] & mar.inuitatz.ſimp.iii.lectiones
vij	c	xvi	kl	Sulpicii epi et cōfeſ. Sācti anthonii confeſſoris.
	d	xv	kl	Priſce virginis et mar.inuita.ſimp.iii.lec.Pria.lx.
xv	e	xiiii	kl	Wulſtani epi et confeſſoris. ix.lectiones de cōi.
iiii	f	xiii	kl	Sanctorum fabiani et ſebaſtiani martyrum. ix.lcões
	g	xii	kl	Agnetis virginis et martiris. ix.lectiones
xij	A	xi	kl	Vincentii martyris. ix lectiones.
i	b	x	kl	
	c	ix	kl	
ix	d	viii	kl	Conuerſio ſancti pauli. inuita.tri.ix.lectio.memoria de ſctō preiecto.
	e	vii	kl	
xvii	f	vi	kl	Iuliani epi & cōfeſſoris.inuita.du.iii.lectiones
vi	g	v	kl	Agnetis ſcdo Inuitz.du.iii.lec.Claues quadrageſis
	A	iiii	kl	
xiiii	b	iii	kl	Batildis regine & virginis nō mar.inuita.ſip.iii.le.
iii	c	Prid'	kl	

Nox habet horas.xvi.dies vero.viii.

In iano claris calidiſq cibis potiaris
Atq decens potus poſt fercula ſit tibi notus
Ledit enim medo tunc potus vt bene credo,
Balnea tunc intres: et venam ſcindere cures.

Februarius.

KL Quarta ſubit mortem: proſternit tercia fortem.
Februarius habet dies xxviij. Luna vero xxix.
Et febrius algeo clamat.

	d	Februarij		Brigide virginis nõ martyris inuitꝫ. ſimplex. iij. lec.
xi	e	iiij	N	Purificatio beate marie. mai⁹ duplex. ix. lectiones.
xix	f	iij	N	Blaſij ep̄i ⁊ martyris. inuita. dup̄. iij. lectiones.
viij	g	Prid̄ nonas.		
	A		Nonis	Agathe virginis et martyris. ix. lectiones.
xvi	b	viij	Id'	Sctoꝝ vedaſti ⁊ amandi ep̄oꝝ. inuita. ſimp̄. iij. lec.
v	c	vij	Id'	Vbicũq̃ p̄ma luna fuerit poſt feſtũ agathe pri-
	d	vi	Id'	ma dñica ſequẽti erit dñica xl.
xiij	e	v	Id'	Sol in piſcibus.
ij	f	iiij	Id'	Scolaſtice virginis. inuita. ſimplex. iij. lectiones.
	g	iij	Id'	Trãſlatio ſancte fredeſvvide virginis.
x	A	Prid̄	Idus	
	b		Idibus	
xviij	c	xvi	kł	Martij. Valẽtini ep̄i et mar. inui. ſimp̄. iij. lectiões
vii	d	xv	kł	
	e	xiiij	kł	Juliane virginis et mar. inuita. dup. iij. lectiones.
xv	f	xiij	kł	
iiij	g	xii	kł	
	A	xi	kł	
xii	b	x	kł	
i	c	ix	kł	Vltima ſeptuageſima.
	d	viii	kł	Cathedra ſancti petri. inui. tri. ix. lectiones.
ix	e	vij	kł	
	f	vi	kł	Mathie apl'i. Inferius dup. Si biſſextus fuerit
xvii	g	v	kł	quarta die a cathedra ſancti petri fiat feſtum ſancti
vi	A	iiij	kł	mathie: et f/littera bis numeretur.
	b	iij	kł	
xiiij	c	Prid̄	kł	

Nox habet horas xiiij. Dies vero x.

Poſt cineres: pneuma: poſt crucem: poſtq̃ luciam
Mercurij veneris ſabbato ieiunia fiant.

Naſcitur occulta febris tibi februa multa
Potibus ac eſcis: minui bene dũ modo neſcis
Frigora et horrorem fuge: pollice funde cruorem
Suge ſauum mellis: quo morbum pectore pellis.

Martius.

KL Primus mandentem diſrumpit quarta bibentem.
Martius habet dies. xxxi. Luna vero. xxx.

Martius arua fodit.

iii	b	Martij		Dauidis epyſcopi et confeſſoris. ix. lectiones
	e	vi	N	Ceddę epyſcopi et confeſſoris. ix. lectiones.
xi	f	v	N	
	g	iiii	N	
xix	A	iii	N	
viii	b	Pridie non		
	c	Nonis		Sanctaꝝ perpetue et felicitatis. vir. et mar. iii. lec.
xvi	d	viii	Id	
v	e	vii	Id	
	f	vi	Id	
xiii	g	v	Id	Claues paſche. Sol in ariete. Equinoctiū vernale
ii	A	iiii	Id	Gregorij [illegible] et cōfeſſoris. Inferi⁹ dup. ix. lectiōes
	b	iii	Id	Vltima quadrageſſima
x	c	Prid	Id	Poſt iſtum locum non poteſt eſſe initiū xl.
	d	Idus		
xviij	e	xvij	kl	Aprilis. Introitus noe in archam.
vij	f	xvi	kl	Patricij epyſcopi et confeſſoris. ix. lectiones.
	g	xv	kl	Edvvardi regis ⁊ martyris. ix. lectiones
xv	A	xiiij	kl	
iiij	b	xiij	kl	Cuthberti epyſcopi et confeſſoris. ix. lectiones
	c	xij	kl	Benedicti abbatis. ix. lectiones
xij	d	xi	kl	Primum paſcha.
i	e	x	kl	Hic adam creatur.
	f	ix	kl	
ix	g	viij	kl	Annunciatio dñica. minus dup. ix. lectiones
	A	vij	kl	
xvij	b	vi	kl	Reſurrectio dñi. principale duplex feſtum.
vi	c	v	kl	
	d	iiij	kl	
xiiij	e	iij	kl	
iij	f	Prid	kl	

Nox habet horas xij. dies vero xij.

Martius humores gignit: variosq₃ dolores
Sume cibum pure: cocturas ſi placet vre
Balnea ſunt ſana: ſed queq₃ ſuperflua vana
Vena nec abdenda: nec potio ſit tribuenda.

Aprilis.

KL Denus et vndenus eſt mortis vulnere plenus.
Aprilis habet dies xxx. Luna. xxix.

	Aprilis.			
xi	A	iiii	N	
	b	iij	N	Richardi ep̄i et cōfeſſoris. ix. lectiones.
xix	c	Prid no.		Ambroſij ep̄i et doctoris. **Inferius dup̄. ix. lectio.**
viij	d	Nonis.		
xvi	e	viij	Id	
v	f	vij	Id	
	g	vi	Id	
xiij	A	v	Id	
ij	b	iiij	Id	Sol in tauro.
	c	iij	Id	
x	d			
	e	Idibus.		
xviij	f	xviij	kl	Maij. **Sanctorū tyburtij et vale. ⁊ mari. mar. iij. lec.**
vij	g	xvij	kl	Claues rogationū.
	A	xvi	kl	
xv	b	xv	kl	
iiij	c	xiiij	kl	
	d	xiij	kl	**Alphegi epyſcopi et martyris. iij. lectiones.**
xij	e	xij	kl	
i	f	xi	kl	
	g	x	kl	
ix	A	ix	kl	Georgij mar. **Inferius dup̄. iij. lec. cū regi. chori**
	b	viij	kl	
xvij	c	vij	kl	Marci euangeliſte. **Inferius duplex. iij. lectiones.**
vi	d	vi	kl	Letania maior. Vltimum paſcha.
	e	v	kl	
xiiij	f	iiij	kl	Vitalis martyris. ix. lec. cū regimine chori.
iij	g	iij	kl	Egreſſus noe de archa.
	A	Prid	kl	Depoſitio ſancti erken valdi ep̄i londoñ. dyoce.

Nox habet horas. x. Dies vero. xiiij.

Se probat in vere vires aprilis habere.
Cuncta renaſcuntur: pori tunc aperiuntur.
In quo ſcalpeſcit corpus ſanguis quoq; creſcit.
Ergo ſoluatur venter: cruor imminuatur.

Mayus.

KL Tercius occidit: et ſeptimus ora relidit.
Mayus habet dies.xxxi. Luna vero.xxx.
Ros et frons nemoꝝ/mayo ſūt fomes amoꝝ.

xi	b Maii		Apoſtoloꝝ philippi et iacobi. Inferius dup.iii.lec.
	c vi	No.	
xix	d v	No.	Inuentio ſcte crucis. minꝰ dup.iii.l.meōria de martyribus alexandro ꝫ euētio
viii	e iiii	No.	
	f iii	No.	
xvi	g Prid. no.		Iohannis ante portā latinā.inui.tri.iii.lectiones.
v	A Nonis.		Iohannis epi et ꝯfeſſoris de beuerlaco.iii.lc.cū regimine chori.
	b viii	Id.	
xiii	c vii	Id.	Tranſlatio ſancti nicholai cum regimine chori
ii	d vi	Id.	Sanctoꝝ gordiani et epimachi.martyrum.iii.lect.
	e v	Id.	
x	f iiii	Id.	Sanctoꝝ nerei et achilei atqꝫ pancracii.iii.lectiones Sol in geminis.
	g iii	Id.	
xviii	A Prid.	Id.	Notādū ꝙ feſtū trāſla.ſcti cedde epi ſēp debet celebrari dñica prima añ aſcen.dñi.cū regimine chori.
vii	b Idibus		
	c xvii	kl.	Iunii.
xv	d xvi	kl.	
iiii	e xv	kl.	
	f xiiii	kl.	Dūſtani epi ꝫ cōfeſ.ix.lec.memo.de ſācta potētiana
xii	g xiii	kl.	
i	A xii	kl.	
	b xi	kl.	
ix	c x	kl.	
	d ix	kl.	Feſtum ſancti ſaluatoris.
xvii	e viii	kl.	Aldelmi epi ꝫ cōfeſ.ix.lect.meō.lec.de ſctō vrbano.
vi	f vii	kl.	Auguſtini angloꝝ apoſtoli.inferius dup.ix.lectio.
	g vi	kl.	
xiiii	A v	kl.	Germani epyſcopi et confeſſoris.iii.lectiones.
iii	b iiii	kl.	
	c iii	kl.	
xi	d Prid.	kl.	Petronille virginis non martyris.iii.lect.cum noc. cū extra octa.ſctē trinitatis ꝯtigerit.

Nox habet horas.viii. dies vero xvi.

Mayo ſecure laxari ſit tibi cure
Scindatur vena: ſed balnea dentur amena.
Cū calidis rebus fercula ſeu ſpeciebus
Potibus aſtricta ſit ſaluia cū benedicta.

Junius.

KL Denus paleſcit quindenus federa neſcit.
Junius habet dies.xxx. Luna vero.xxix.
Dat iunius fena.

	e	Junij		Nichomedis martyris.iij.lectiones
xix	f	iiij	N	Sctōꝝ marcellini et petri mar. Inuit.dup.iij.lec.
viij	g	iij	N	
xvi	A			
v	b	Nonis.		Bonifacij ſocioꝝq; eius mar. Inuit.dup.iij.lec.
	c	viij	Id	
xiij	d	vij	Id	
ij	e	vi	Id	Sctōꝝ medardi ⁊ gildardi cōfeſſoꝝ.iij.lectiones.
	f	v	Id	Tranſlatio ſancti edmundi martyris medie lec.
x	g	iiij	Id	De martyribus primo ⁊ felicia. Inuit.tri.ix.lec.
	A	iij	Id	Barnabe apoſtoli Inuita.tri.ix.lec.
xviij	b	Prid	Id	Sctōꝝ baſilidis cyrini et naboris.iij.lectiones.
vij	c	Idibus		Sol in cancro. Solſticium.
	d	xviij	kl	Julij Baſilij epiſcopi et cōfeſſoris.iij.lectiones.
xv	e	xvij	kl	Sctōꝝ viti et modeſti atq; creſcentie.iij.lectiones
iiij	f	xvi	kl	Trāſlatio ſācti richardi med.lec. de ſctis cyrico ⁊ iulita.ix.lec.
	g	xv	kl	
xij	A	xiiij	kl	Sctōꝝ marci ⁊ marcelliani. Inuita.dup.iij.lectio.
i	b	xiij	kl	Sanctoꝝ gervaſij et prothaſij. Inuita.du.iij.lect.
	c	xij	kl	Trāſlatio ſcti edvvardi regis ⁊ mar.ix lec.niſi facte fuerint in xl.
ix	d	xi	kl	
	e	x	kl	Albani prothomartyris.ix.lectiones.
xvij	f	ix	kl	Etheldrede virginis.iij.lec.cum noct. Vigilia.
vi	g	viij	kl	Natiuitas ſancti iohis baptiſte,minus du.ix.lec.
	A	vij	kl	
xiiij	b	vi	kl	Sanctoꝝ iohānis et pauli mar. Inuita.dup.iij.le.
iij	c	v	kl	
	d	iiij	kl	Leonis [illegible] et cōfeſſoris.iij.lectiones cum noct.
xi	e	iij	kl	Apoſtoloꝝ.petri ⁊ pauli.minus duplex.ix.lec.
	f	Prid	kl	Commemoratio ſancti pauli. Inuita.tri.ix.lec.

Nox habet horas.vi dies vero.xviij.

Poſt perſonas tres librum regum dare debes

Potio queq; recens/medo: ceruiſia/nectar.
Junius vt ſuadet fugitur tibi te,quia tardet.
Ne noceat colera valet iſta refectio vera.
Lactuce frondes ede,ieiunus bibe fontes.

KL Tridecimus mactat iulij:denus labefactat.
Julius habet dies.xxxi. Luna vero.xxx.
Julio reſecatur auena.

xix	g	Julij.		Octa.ſancti iohis baptiſte. Inuita.dup.iij.lectiões.
viij	A	vi	Non	Viſitatio btē marie vir.mēo.ſcti martini ix.lec.
	b	v	Non	
xvi	c	iiij	Non	Tranſlatio et ordinatio ſcti martini ix.lectio
v	d	iij	Non	
	e	Prid nonā.		Oct.apl̄orū petri ⁊ pauli. Inuita.dup.ix lectiões
xiij	f	Nonis		Trāſlatio [redacted] martyris.ix.lectiones
ij	g	viij	Id	Dñica pxima poſt feſtū trāſla. [redacted] celebretur
	A	vij	Id	feſtū reliquiarū ix lec.
x	b	vi	Id	Sanctorū ſeptē fratrū. Inuita.du.iij lectiones
	c	v	Id	Trāſlatio ſancti benedicti abbatis ix.lectiones
xviij	d	iiij	Id	(niſi facte fuerint in xl. tūc fiant iij.lec.⁊ in du.iii.k
vij	e	iij	Id	
	f	Pridie idus.		Sol in leone Dies caniculares.
xv	g	Idibus		Trāſlatio ſcti ſwithuni.ſociorūq̄ eius ix.lec.
iiij	A	xvij	kl	Auguſti. Trāſlatio ſancti oſmundi.ix.lectiones
	b	xvi	kl	Kenelmi regis et martyris Inuita.dup.iij.lectiões
xij	c	xv	kl	Arnulphi epyſcopi et martyris iij.lectiones
i	d	xiiij	kl	
	e	xiij	kl	Margarethe virginis et martyris ix.lectiones
ix	f	xij	kl	Praxedis virginis non martyris.iij lectiones.
	g	xi	kl	Marie magdalene. Inuita.triplex ix.lectiones.
xvij	A	x	kl	Appollinaris epyſcopi ⁊ martyris.iij.lectiones
vi	b	ix	kl	Chriſtine virginis ⁊ mar.iij.lec.cū noc. Vigilia.
	c	viij	kl	Iacobi apoſtoli.inferius duplex ix.lectiones
xiiij	d	vij	kl	Anne matris marie. Inuita.triplex ix.lectiones
iij	e	vi	kl	Sanctorū ſeptē dormientiū mar. Inuita.du.iij.lec.
	f	v	kl	Sanſonis epyſcopi. Inuita.duplex.iij.lectiones
xi	g	iiij	kl	Sanctorū felicis et fauſti. Inuita.dup.iij.lec.
xix	A	iij	kl	Sanctorū abdon et ſennes mar. Inuita.dup.iij.le.
	b	Prid	kl	Germani epyſcopi et confeſſoris.iij.lectiones.

Nox habet horas.viij.dies vero.xvi.

Et poſt ſanſonē ſapiētē da ſalomonē. In pricipio.

Cui vis ſolamen/ſuades iuli medicamen
Venam non ſcindat:nec ventrem potio ledat:
Somnū cōpeſcat.et balnea cuncta paueſcat
Prodeſt recens vnda alliū cū ſaluia munda.

Auguſtus.

KL Prima necat fortem: perditq; ſecunda cohortem
Auguſtus habet dies. xxxi. Luna vero. xxx.
Auguſtus ſpicas.

viij	c	Auguſti		Ad vincula ſancti petri. inuita. triplex. ix. lectiõ.
xvi	d	iiij	N	Stephani [redacted] et martyris. inui. dup̄. iij. lectiones.
v	e	iij	N	Inuentio ſancti ſtephani prothomartyris. ix. lect.
	f	Prid no.		
xiii	g	Nonis.		Oſwaldi regis et mar. inuita. dup̄. iii. lectiones.
ij	A	viij	Id	Trãſſiguratio dñi. dup̄ memoria de martyribus.
	b	vii	Id	Feſtum nõis ieſu. du. ma. ix. lec. Donati epi̅ et mar.
x	c	vi	Id	Cyriaci ſocioꝝq; eius martyrum. me. tm̃. (me. tm̃
	d	v	Id	Romani martyris. memoria tm̃. Vigilia.
xviii	e	iiij	Id	Laurentii martyris. inuita. trip̄. ix. lectiones.
vij	f	iij	Id	Tyburtij martyris. memoria tantum.
	g	Prid	Id	
xv	A	Idibus		Ipoliti ſociorũq; eius martyrum. ix. lectiones.
iiii	b	xix	kl	Septẽbris. Oct. ieſu. Euſebij pbr̄i ⁊ ꝯfeſſ. Vigilia
	c	xviij	kl	Aſſũptio beate marie ꝟginis. mai. du. ⁊ p̃cipale.
xii	d	xvij	kl	Sol in virgine. Equinoctium.
i	e	xvi	kl	Octa. ſancti laurentij. memoria tantum
	f	xv	kl	Agapiti martyris. memoria tantum.
ix	g	xiiij	kl	Magni martyris. memoria tantum.
	A	xiij	kl	
xvij	b	xii	kl	
vi	c	xi	kl	Octa. ſancte marie. ix. lectiones. memoria de ſanctis
	d	x	kl	Sctoꝝ thimothei ⁊ appolinaris. cũ noct. Vigilia.
xiiij	e	ix	kl	Bartholomei apoſtoli. inferius dup̄. ix. lectiones:
iij	f	viij	kl	
	g	vij	kl	
xi	A	vi	kl	Rufi martyris. inui. duplex. iii. lectiones.
xix	b	v	kl	Auguſtini epi̅ ⁊ doctoris. inui. dup̄. ix. lectiones.
	c	iiij	kl	Decollatio ſãcti iohannis baptiſte. inui. tri. ix. lect.
viij	d	iij	kl	Sctoꝝ felicis et adaucti mar. inuita. dup̄. iij. lectiões.
	e	Prid	kl	Cuthburge virginis nõ mar. inui. dup̄. iij. lectiones

Nox habet horas. x. dies vero. xiiij.

Poſt auguſtinũ doctorẽ iob lege iuſtũ: Peto dñe.
Thobiam dictũ/ poſt prothũ ⁊ iacinctũ. Si bona.

Quiſquis in auguſto viuat medicamine iuſto
Raro dormitet: eſtum coitum quoq; vitet.
Balnea non curet: nec longa comeſtio duret
Nemo laxari debet: nec fleubothomari.

KL Tercius ſeptembris et denus fert mala membris.
September habet dies.xxx.Luna vero xxix.

xvi	f			Septẽbris. Egidii abbatis.ix.lec. medie lec.de ſancto priſco.
v	g	iiii	No	
	A	iii	No	
xiii	b	Prid.	no.	Trãſla.ſcti cuthberti epi ⁊ ꝯfeſ. ix.lec.niſi fctã in.xl.
ii	c	Nonis.		Bertini abbatis et confeſſoris.iii.lectiões.cum noc.
	d	viii	Id	
x	e	vii	Id	
	f	vi	Id	Natiuitas beate marie. maius duplex.ix.lectiões.
xviii	g	v	Id	Gorgonii martyris.memoria tantum.
vii	A	iiii	Id	
	b	iii	Id	Sanctorũ prothi et iacincti mar.memoria tantum
xv	c	Pridie idus.		
iiii	d	Idibus.		
	e	xviii	kl	Octo. Exaltatio ſancte crucis. minꝰ dupl.ix.lectio. medie lectiones de ſanctis cornelio et cypriano.
				Sol in libra. Equinoctium autumnale. Exiunt dies canicu.
xii	f	xvii	kl	Octabe beate marie. Inuita. triplex.ix.lectiones.
i	g	xvi	kl	Edithe virginis non mar.ix.lect.medie lec.de mar.
	A	xv	kl	Lamberti epi et mar. Inuita.ſimplex.iii.lectiones.
ix	b	xiiii	kl	Obſerua menſis noni ieiunia ſemper.
	c	xiii	kl	Poſt exaltatam feria quarta lucem.
xvii	d	xii	kl	Vigilia.
vi	e	xi	kl	Mathei apo ⁊ euãge. inferiꝰ du.ix.le.mẽo.de.ſ.lau=
	f	x	kl	Mauricii ſociorũq; eiꝰ mar.ix.le do.epo.et cõfeſ.
xiiii	g	ix	kl	Tecle virginis nõ martyris.iii.lectiões.cum noctur.
iii	A	viii	kl	
	b	vii	kl	Firmini epi et martyris. Inuita.ſimplex.iii.lectio.
xi	c	vi	kl	Cypriani epi et iuſtine virginis. iuita.dupl.iii.lctõ.
xix	d	v	kl	Sctõr coſme et damiani mar. inuita.dupl.iii.lecto.
	e	iiii	kl	
viii	f	iii	kl	Michaelis archangeli. Inferius dupl.ix.lectiones.
	g	Prid	kl	Hieronimi pbri ⁊ docto. Inferius dupl.ix.lectiones.

Nox habet horas.xii.dies vero.xii.

Sub figas iudith poſt vigiliãq; mathey. Adonay.
Poſt ſanctũ coſmã dcs hyſto.machabeo. Adapiat.

Fructus maturi ſeptembri ſunt udlituri.
Et pira cum vino: panis cum lacte caprino.
Quãq; dat vrtica: tibi potio fertur amica.
Tu venam pandas: ſpeciem cum ſemine mandas.

October.

KL Tercius et denus eſt ſicut moꝛs alienus.
October habet dies xxxi. Luna vero xxx.
Seminat october.

xvi	A	Octobꝛ.		Sanctoꝝ remigii/germani/vedaſti/& bauonis epyſcopoꝛum. ix. lec. medie lectiones de ſancto meloꝛo.
v	b	vi	N	Thome hoꝛfoꝛdēſis epyſcopi & ꝯfeſſoꝛis. ix. le.
xiii	c	v	N	(lec. d ſ. leodegario
ii	d	iiii	N	
	e	iii	N	
x	f	Prid. no.		Fidis virginis et martyꝛis. Inuita. ſimp. iii. lect.
	g	Nonis.		Sctoꝝ marci & marcelliani. inuita. dup. iii. lectiōes
xviii	A	viii	Id	
vii	b	vii	Id	Dyoniſii ſocioꝛumq; eius martyꝛum. ix. lectiones
	c	vi	Id	Gereonis ſocioꝛumq; eius martyꝛum. iii. lect.
xv	d	v	Id	Nicaſii ſocioꝝq; eius martyꝛum. inuit. dup. iii. lec.
iiii	e	iiii	Id	
	f	iii	Id	Trāſla. ſācti edvvardi regis. inferius dup. iii. lec.
xii	g	Prid	Id	Calixti [redacted] m. inuit. du. iii. lec. Sol in ſcoꝛpione
i	A	Idus.		Wulfrāni epyſcopi et cōfeſſoꝛis. iii. lectiones.
	b	xvii	kl'	Nouēbꝛ. Michaelis in mōte tūba. inuit. trip. ix. lec.
ix	c	xvi	kl'	Etheldꝛede virgīs non martyꝛis. ix. lectiones.
	d	xv	kl'	Luce euangeliſte. inferius dup. ix. lec. memoꝛia.
xvii	e	xiiii	kl'	Fredeſwide virginis non martyꝛis. ix. lectiones.
vi	f	xiii	kl'	
	g	xii	kl'	Sanctaꝝ vndecim milium virginum. inui. du. iii. l.
xiiii	A	xi	kl'	
iii	b	x	kl'	Romani epyſcopi et confeſſoꝛis. iii. lect. cū noctur.
	c	ix	kl'	
xi	d	viii	kl'	Sctoꝝ criſpini & criſpiniani. inui. dup. ix. lectiones.
xix	e	vii	kl'	(med. lec. d ſ. iohāne de beuerlaco epo & ꝯfeſ.
	f	vi	kl'	Vigilia.
viii	g	v	kl'	Apoſtoloꝝ ſymonis et iude. inferius dup. ix. lect.
	A	iiii	kl'	
xvi	b	iii	kl'	
v	c	Prid	kl'	Quintini martyꝛis. iii. lec. cum noc. Vigilia

Nox habet hoꝛas xiiii. dies vero x.

Poſt iudam ſymonem ſubiūgas danielem.

October vina pꝛebet cum carne ferina,
Necnon ancina caro tunc valet et volucrina
Quāuis ſit ſana, tamen ipſa repletio vana
Quātū vis comede: ſz nō ꝑcoꝛdia lede. Vidi. dnz.

Nouember.

KL Scorpius eſt quintus et tercius eſt nece cinctus
Nouember habet dies.xxx. Luna vero.xxix.
Spoliat virgulta nouember.

	d	Nouēbris		Solennitas omniū ſanctorum.maius dup̄.ix.lec.
xiii	e	iiii	N	Cōmēoratio oīm defūctorꝝ.ix.l. Ad veſpas de ſancta maria fiat mēoria de ſctō euſtachio cū ſocijs.
ii	f	iij	N	Weneffrede virginis et martyris.ix.lectiones.
	g	Pridie nonas		
x	A	Nonas		
	b	viij	Id	Leonardi abbatis.ix.lectiones.
xviij	c	vij	Id	
vij	d	vi	Id	Sctōꝝ quattuor coronatorꝝ mar.inuit.dup̄.iij.lec.
	e	v	Id	Theodori martyris.inuita.ſimp̄.iij.lectiones.
xv	f	iiij	Id	
iiij	g	iij	Id	Martini epī ꝛ cōfeſſoris.inui.tri.ix.lectiones.
	A	Prid	Id	Mēoria de ſctō mēna mar. Sol in ſagittario.
xii	b	Idibus		Brictij epī ꝛ ꝯfeſ. mēo. de ſctō martino
i	c	xviij	kl	Decēbris. Trāſlatio ſancti erkenwaldi epyſcopi
	d	xvij	kl	Machuti epī ꝛ ꝯfeſ.ix.lec.med.lec. de ſctō martino.
ix	e	xvi	kl	Depoſitio ſcti edmūdi archiepī.inuita.tri.ix.lec.
	f	xv	kl	Hugonis epī ꝛ ꝯfeſ.ix.lec.med.lec. de ſctō aniano.
xvii	g	xiiii	kl	Octa.ſancti martini.inuita.dup̄.iij.lectiones
vi	A	xiii	kl	
	b	xii	kl	Edmundi regis et martyris.ix.lectiones
xiiii	c	xi	kl	
iij	d	x	kl	Cecilie virginis et martyris.ix.lectiones.
	e	ix	kl	Clemētis [redacted] mar.ix.l. mēo. de ſ.felicitate vir.
xi	f	viii	kl	Griſogoni martyris.inuita.ſimp̄.iii.lectiones.
xix	g	vii	kl	Katherine virginis et martyris.ix.lectiones.
	A	vi	kl	Lini [redacted] et martyris.inuita.ſimp̄.iii.lectiones.
viii	b	v	kl	
	c	iiii	kl	
xvi	d	iii	kl	Sctōꝝ ſaturnini ꝛ ſiſinnij.iii.lec.cū noc. Vigilia.
v	e	Pridie	kl	Andree apl̄i. Inferius duplex.ix.lectiones.

Nox habet horas.xvi. Dies vero.viij.

Poſt feſtū lini erit ſēper aduētus dn̄i. Aſpiciens

Vis ſanus fieri curetur reuma nouembri.
Quoq3 nocens vita: tua ſit ſeruata dieta.
Balnea cum venere tunc nulli proſit habere:
Potio tunc ſana: nec iuſta minutio vana.

December.

KL Septimus exanguis viroſos denus vt anguis.
December habet dies.xxxi.Luna vero.xxx.
Querit habere cibū porcū mactando december.

	f	Decembris			
xiii	g	iiii	N		
ii	A	iii	N		
x	b	Prid noñ	Oſmundi epi et confeſſoris.		
	c	Nonis			
xviii	d	viii	Id	Nicholai epi et confeſſoris.	inuita.tri.ix.lectiones
vii	e	vii	Id	Octa.ſancti andree apoſtoli.	inuita.du.iii.lec.
	f	vi	Id	Conceptio beate marie.	minus dup.ix.lectiones.
xv	g	v	Id		
iiii	A	iiii	Id		
	b	iii	Id		
xii	c	Prid	Id		
i	d	Idibus		Lucie virginis et martiris.	ix.lectiones
	e	xix	kl	Ian.	Sol in capricorno. Solſticium hyemale.
ix	f	xviii	kl		
	g	xvii	kl		O ſapientia.
xvii	A	xvi	kl	Nulle deinceps ſiant preces ad veſperas.	
vi	b	xv	kl		
	c	xiiii	kl		
xiiii	d	xiii	kl		Vigilia.
iii	e	xii	kl	Thome apoſtoli.	inferius duplex.ix.lectiones
	f	xi	kl		
xi	g	x	kl		
xix	A	ix	kl		Vigilia.
	b	viii	kl	Natiuitas dñi noſtri ieſu xpi princi.fe.dup.ix.lectio.	
viii	c	vii	kl	Stephani prothomartiris.	minus dup.ix.lectiones.
	d	vi	kl	Iohannis apoſtoli et euăgeliſte.	minus dup.ix.lec.
xvi	e	v	kl	Sanctorū innocĕtium mar.	minus dup.ix.lectiones
v	f	iiii	kl	Thome cătuarieñ archiepi & mar.	minus du.ix.lec.
	g	iii	kl		
xiii	A	Prid	kl	Silueſtri [redacted] et confeſſoris.	ix.lc.med.lec.de nati.

Nox habet horas.xviii.Dies vero.vi.

BRITISH MUSEUM

Sane ſunt membris calide res menſe decembris.
Frigus vitetur:capitalis vena ſecetur.
Lotio ſit vana nec plurima potio ſana.
Sit tepidus potus:nam frigus abhorreas totus.

¶ Benedictio ſalis et aquę. Diebus dominicis per annum poſt primam fiat benedictio ſalis et aque ad gradum [illegible] a ſacerdote hoc modo.

Exorcizo te creatura ſalis per deū ✠ viuū per deū ✠ verū: per deū ✠ ſanctū: per deū qui te per heliſeū prophetā in aquā mitti iuſſit vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentiū vt ſis omnibus te ſumētibus ſanitas anime et corporis et effugiat atq; diſcedat ab eo loco quo aſperſū fueris: omnis fantaſia et nequicia vel verſucia dyabolice fraudis/omniſq; ſpiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignem. Reſpondetur Amen. Sequitur oratio ſine Dominus vobiſcū. Sed tātum cum Oremus. Oratio.

Immenſam clemētiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis quam in vſum generis humani tribuiſti bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare tua pietatē digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et corporis vt quicquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit/ careat omni immūdicia: omniq; impugnatione ſpiritualis nequicie. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Sequitur exorciſmus aque.

Exorcizo te creatura aque in nomine ✠ dei patris omnipotentis/et in nomine ✠ ieſu chriſti filii eius domini noſtri/et in virtute ſpiritus ✠ ſancti: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici: et ipſum inimicum eradicare et explantare valeas cū angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutem eiuſdem domini noſtri ieſu chriſti qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculū per ignē. Reſpōdetur Amen. Sequitur oratio ſine Dominus vobiſcum. ſed tantum cum Oremus. Oratio.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima queq; ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propicius inuocationibus noſtris: et elemēto huic multimodis purificationibus preparato/ virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens ad abiciendos demones morboſq; pellendos diuine gratie ſumat effectum vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda reſperſerit/careat omni immundicia liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilēs/ non aura corrumpens. diſcedant omnes inſidie latentis inimici: et ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aſperſione huius aque effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti [illegible] nominis expetita: ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdē ſpirit⁹ ſācti de⁹ per omnia ſecula ſeculoꝝ. amē. Hic mittat ſacerdos ſal in aquā in modum crucis: ita dicendo ſine nota. Cōmixtio ſalis et aquę pariter fiat: in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti amen. ℣. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctoꝛ, et inſuperabilis imperij rex/ ac ſemper magnificꝰ triumphatoꝛ ꝗ aduerſe dominationis vires repꝛimis: qui inimici rugientis ſeuiciam ſuperas/ qui hoſtiles nequicias potens expugnas: te domine trementes et ſupplices depꝛecamur ac petimus: vt hãc creaturã ſalis ⁊ aque dignanter accipias/ benignus illuſtres/ pietatis tue moꝛe ſancti✠fices: vt vbicũq; fuerit aſpſa per inuocationẽ ſancti tui nominis/ omnis infeſtatio immundi ſpiritus abijciatur terroꝛq; venenoſi ſerpentis pꝛocul pellatur: et pꝛeſentia ſancti ſpiritus nobis miſericoꝛdiã tuã poſcentibus vbiq; adeſſe dignetur. Per dominũ noſtrũ ieſũ chꝛiſtũ filium tuũ qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus per omnia ſecula ſeculoꝛum.

Dũ aſpergitur aqua cãtetur hec antiphona Aſperges me domine yſopo et mũdaboꝛ: lauabis me ⁊ ſuper niuem dealbaboꝛ. ℣. Miſerere mei deus: ſecundũ magnã miſericoꝛdiã tuã. Aſperges. ℣. Et ſecũdũ multitudinẽ miſerationũ tuaꝝ: dele iniquitatẽ meã. Aſperges me. ℣. Gloria patri. Sicut erat. Lauabis me. Et poſt aſperſionem aque dicat ſacerdos ad gradum choꝛi ℣. Oſtẽde nobis domine miſericoꝛdiam tuã. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. Sequitur oꝛatio ſine Dñs vobiſcum. ſed tantum cum Oremus. Oꝛatio

Exaudi nos domine ſancte pater omnipotens eterne deus: et mittere dignare ſanctum angelũ tuũ de celis qui cuſtodiat/ foueat/ viſitet et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per chꝛiſtũ dominum noſtrum. Reſpondetur Amen. ¶ Benedictio panis. Benedicite. Reſpõdetur dominus. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpũ tuo. Oremꝰ. Oꝛ.

Bene✠dic domine iſtam creaturam panis ſicut benedixiſti quinq; panes in deſerto: vt omnes guſtantes ex eo: recipiant tam coꝛpoꝛis ꝙ anime ſanitatem. In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Amen. Aſpergatur aqua benedicta. ¶ Alia benedictio panis. ℣. Adiutoꝛium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpiritu tuo. Oremꝰ.

Domine ſancte pater omnipotens eterne deus: bene✠dicere digneris hũc panẽ tua ſancta benedictione: vt ſit omnibus ſumẽtibus ſalus mentis et coꝛpoꝛis: atq; contra omnes moꝛbos ⁊ vniuerſas inimicoꝛum inſidias tutamen. Per dominum noſtrũ ieſum chꝛiſtũ filiũ tuum panem qui de celo deſcendit: et dat vitam et ſalutem mundo: et tecum viuit et regnat deꝰ. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Miſſale ad vſum Sar incipit feliciter. Et primo dñica prima aduētus dñi ad miſſam. Officium.

AD te leuaui aīam meam deus meus in te confido non erubeſcam: neq̄ irrideant me inimici mei. etenī vniuerſi qui te expectant non confundētur. ps. Uias tuas dñe demonſtra michi: ⁊ ſemitas tuas edoce me. Repetatur officiū/ ſcꝫ. Ad te leuaui ꝛc. et poſtea dicat Gl'ia patri et Sicut erat. Quo dicto: iterū repetat officiū (vt prius) Et ſic fiat per totū annū tā in dñicis ꝙ in feſtis ſāctoꝝ cū regimine chori: ⁊ ī oībus miſſis de ſancta maria / niſi in dñica paſſionis dñi: et abhinc vſq̄ ad cenā dñi. ad miſſā de tēporali tm̄ tūc poſt pſalmū repetat officiū ſine Gl'ia pri. Sequatur Kyrie eleyſō. Non dicitur Gl'ia ī excelſis. per totū aduentū de quocūq̄ dicitur miſſa: nec a. lxx. vſq̄ ad vigilā paſche. His pactis/ factoq̄ ſignaculo crucis in facie ſua/ vertat ſe ſacerdos ad populum/ eleuatiſq̄ aliquātulum brachiis/ iūctiſq̄ manib⁹ dicat hoc modo. Dñs vobiſcū. Et chorus reſpondeat. Et cū ſpiritu tuo. ſub eodem tono. Et iterum reuertat ſe ſacerdos ad altare ⁊ dicat Oremus. Et quotienſcunq̄ dicitur Dñs vobiſcum/ ad miſſam: ſemper ſub eodē tono dicitur ſimiliter ⁊ Orem⁹: niſi in prefationibus/ ⁊ niſi in miſſa ſponſalium: cum fiat benedictio ſuper ſponſum ⁊ ſponſā ante Pax domini/ tūc enim dicitur ſic. Dominus vobiſcum. Oremus/ Per omnia ſecula ſeculorum. Reſpondetur Amen. ⁊ in ſimilibus ita determinando. Deinde dicatur oratio.

EXcita q̄s dñe potentiā tuā et veni: vt ab imminentib⁹ peccatoꝝ noſtroꝝ periculis/ te mereamur protegente eripi/ te liberante ſaluari. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate ſpiritus ſācti deus Per omnia ſecula ſeculorum. Amē. Item dicat ſacerdos Oremus. vts. Memoria de ſctā maria oratio. Deus q̄ de beate marie ſemp̄ virginis. ꝛc. Et de quocunq̄ dicitur miſſa: ſemper fiat mēoria de ſācta maria cū ꝑdicta oratione/ vſq̄ ad vigiliā natiuitatis dñi. Cū vero fuerit miſſa de aliquo ſancto (licet duplex feſtum fuerit) vl' miſſa Sal⁹ ppli tūc fiat memoria de aduētu ⁊ de ſācta maria. ¶ Notādū ꝙ in oīb⁹ dñicis ⁊ feſtis cū regimine chori per totū annū hoc generaliter obſeruet' vt ad miſſam tot dicūtur collecte/ quot dicebātur ad matuti. niſi in die natiui. dñi: ita tn̄ ꝙ ad miſſā impar numerus ipſarū collectaꝝ ſemper cuſtodiatur niſi ī ebdo. nati. dñi tm̄. Nā ſi due vel quattuor orationes habētur: tunc erit tertia vel quinta oratio de oībus ſāctis/ ſcꝫ. Concede q̄s oīps deus/ vt interceſſio ſācte dei genitricis. per totū annū tā per aduētū ꝙ in paſchali tēpore. Tā qn̄ ī die feſto dicit' miſſa ī capitulo ſi fuerit de aliquo ſācto/ mēoria ſi habeat': et etiā mēorie de ceteris ſāctis ad eādem miſſam ad placitū dicūtur. Sed ſi fuerit miſſa dñicalis in capitulo: tunc ad eandem miſſam de dñica fiat mēo. de trinitate: reliquē vero mēo. ad magnā miſſā dicuntur. In dñicis vero ⁊ in feſtis cū regimine chori/ a paſcha vſq̄ ad aſcēſionem dñi diebus dñicis contingentib⁹: nulla fiat mēo. ad miſſā de dñi. ¶ Preterea in oībus feſtis nouem lectionū q̄ in ieiuniis quattuor tempoꝛ vel in vigilia / ſeu per totã .xl. euenerint: nulla fiat memoꝛia de ieiunio ad miſſam de feſto. Nã poſt miſſam de feſto / miſſa ſolennis fiat de ieiunio vtraqꝫ ad pꝛincipale altare. In ferialibus autem dieb9 et in feſtis ſine regimine choꝛi / et a **Domine ne in ira** vſqꝫ ad pꝛimã dñicã .xl. et a **Deus omnium** vſqꝫ ad aduẽtũ dñi ad miſſã quinqꝫ dici ſolẽt oꝛationes / videlicet. pꝛima de die: ſcd̃a de ſãcta maria / tertia de omni nibus ſãctis oꝛ. **Cõcede q̃s oĩs deus.** Et vltra pꝛedicta oꝛõ de omnib9 ſãctis tã per aduentũ q̃ in paſchali tẽpoꝛe. Et etiã generaliter per totum annũ / quarta oꝛatio pꝛo vniuerſali eccleſia. oꝛ. **Eccleſie tue domine.** ⁊c. quinta pꝛo pace. **Deus a quo.** ¶ In oct. ſãcti andꝛee / vel qñ dicitur miſſa. **Salus populi:** tunc erit ſecunda oꝛatio de aduentu / tertia de ſãcta maria / quarta de omnibus ſctis / q̃nta ꝓ vniuerſali ecclia ¶ Item in feriis et in feſtis ſine regimine choꝛi / ⁊ quando dicitur miſſa **Salus populi.** ab octa. epy. vſqꝫ ad caput ieiunii dicũtur quinqꝫ oꝛationes / quarũ pꝛima de die / ſecũda de ſancta maria. oꝛ. **Deus qui ſalutis eterne.** vſqꝫ ad purificationem. Poſt purificationẽ vero dicit̃ oꝛatio **Cõcede nos famulos tuos.** tertia de omnibus ſanctis (vt ſupꝛa) quarta pꝛo vniuerſali eccleſia / quĩta de pace. ¶ Feria quarta in capite ieiunii et in tribus diebus ſequẽtibus ad miſſam de ieiunio dicuntur iſte quinqꝫ oꝛationes. pꝛima de die / ſecunda pꝛo penitentibus. oꝛatio. **Exaudi queſumus dñe /** tertia de ſancta maria. oꝛ. **Concede nos.** quarta de omnibus ſanctis. oꝛatio **Concede queſumus omnipotẽs deus: vt ſancte.** quinta pꝛo vniuerſali eccleſia. oꝛatio. **Eccle tue.** Nulla dicitur oꝛatio de generalibus vſqꝫ ad quadꝛageſimam. ¶ Feria ſecunda pꝛime ebdomade .xl. ⁊ abhinc vſqꝫ ad cenam dñi ad miſſã de ieiunio dicũtur ſeptẽ oꝛationes: quarũ pꝛima de die. ſecũda pꝛo penitentibus. tertia de ſãcta maria. quarta de omnibus ſãctis. quinta pꝛo vniuerſali eccleſia. ſexta pꝛo pace. ſeptima vna de generalibus ſeriatim ſcilicet oꝛatio. **Pietate tua /** vel oꝛatio. **Sancte dei genitricis /** vel oꝛatio **Omnium ſãctoꝛum /** vel oꝛatio **Omnipotẽs ſempiterne deus q̃ viuoꝝ.** ¶ Notãdũ eſt q̃ ſcd̃m vſũ ſarũ nunq̃ dicit̃ vltra ſeptẽ oꝛões ad miſſam (qꝛ deus in oꝛõne dñicali tñ cõſtituit ſeptẽ petitiões) In dñicis vero .xl. vna ſola oꝛõ dicitur: quod ꝑ totã quadꝛageſimam obſeruet̃. In feriis ⁊ in feſtis ſine regimine choꝛi et qñ dicitur miſſa **Salus populi.** ab octa. paſche vſqꝫ ad aſcenſionẽ dñi tres dicũtur oꝛones tñ: quarũ pꝛima de die. ſcd̃a de reſurrectiõe. oꝛ. **Deus qui ꝑ vnigenitũ tuũ.** tertia de omnibus ſãctis. vt .ſ. Tñ in dñicis qñ de dñica agitur: nulla fiat mẽo. niſi aliquod feſtũ alicuius ſãcti euenerit tñ. In eſtate vero qñ fit mẽo. de aliquo ſãcto in aliquo feſto .iii. l. vt infra oct. vel in feſto ſãcti ſanſonis: fiat mẽoꝛia de ſãcto pãthaleone et i cõmunib9: tũc ſit tertia oꝛõ de ſãcta maria. q̃rta de oĩbus ſctis ⁊ quĩta pꝛo vniuerſali ecclia. Itẽ a **Deus omnium.** vſqꝫ ad aduẽtũ dñi i feriis ⁊ in feſtis .iii. l. ſine regimine choꝛi / ⁊ in oct. ⁊ infra oct. qñ do chorus nõ regitur: quinqꝫ dicũtur oꝛatiões: quaꝝ pꝛima eſt de die. ſcd̃a de ſãcta maria. tertia de oĩbus ſãctis: q̃rta pꝛo ſtatu eccl̃ie / ⁊ quĩta pꝛo pace In feſto pꝛoceſſi ⁊ martiniani fiat impꝛimis mẽoꝛia de ſancto ſwithino: deinde de apoſtolis ⁊ poſtea de sancta maria. et tunc de oībus sanctis. Qñ vero dicitur missa. Sal⁹ populi: tunc secunda oratio erit de sancta maria. tercia de omnibus sãctis. quarta p vniuersali ecclesia. quinta p pace. Incepta vero vltima oratione ante epystolã / subdyaconus per medium chori ad legẽdum epystolã in pulpitum accedat. Et legatur ep̃la in pulpito oī die dñica et qñcunq chorus regitur per totum annũ: et in die cene/ et in vigilia pasche. et penthe. et in cõmemoratiõe animarũ. In qib⁹ vero aliis festis et ferijs/ et in vigiliis/ et quatuor temporibus extra ebdo. penthe. ad gradum chori legatur tam in quadragesima ꝙ extra. R. Lectio epystole beati pauli apostoli Ad romanos. xiij. capitulo.

Fratres: Scientes quia hora est: iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus: ꝙ cũ credidimus. Nox precessit: dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarũ et induamur arma lucis / sic vt in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatib⁹: nõ in cubilibus et impudicicijs / non in contentione et emulatione. Sed induimini: dominũ iesum christum.

¶ Quando epystola legitur: duo pueri in superpelliceis facta inclinatione ad altare ante gradũ chori: in pulpitum per medium chori ad Gradale incipiendum se preparent et suum versum cantandum. Graduale. Uniuersi Chorus idẽ prosequatur per totum vsq ad finem: quod per totum annũ obseruetur ad missam de die: nisi quãdo a cãtore incipiatur: et in missis que in capitulo dicuntur: et in processiõe tm̃ vbi sit statio. Gr. Uniuersi qui te expectãt nõ confundentur dñe. V. Vias tuas domine demonstra michi: et semitas tuas edoce me. Post versum chorus repetat gra. [illegible] per totũ annũ [illegible] suũ vsum ad missã de die nisi [illegible] duplicibus. simili in .v. e. [illegible] ebd. pasche/ [illegible] tp̃ib⁹ post lec. vbi gr. habetur post lec. nec quãdo tractus dicitur. Repetatur etiã in die nati. dñi. ad secũdã missã. et similiter in cõmemorationibus scz de trinitate. de spũ sãcto et in missa de cruce. et in missa Sal⁹ populi. et de pace/ et de ceteris commemorationibus. videlz inter lxx. et pascha tm̃. et in missis de sctã maria vbi non pñt haberi seq̃. nec cãtus loco sequẽtie. In missis vero quotidianis .s. m̃e. sufficit ꝙ habeatur cãt⁹ loco sequentie. scz in capella eiusdẽ. Dũ vero gr. canitur: duo de superiori gradu ad Allã. cãtandum cappas sericas se induãt et ad pulpitũ p medium chori accedãt. Dicto vero v⁹. gr. pueri iterum incipiant gr. et pcãtetur a choro vtsupra dictũ est. Sequatur. Allã. Chorus idẽ repetat et prosequatur cum neumate. Cleri. V. Ostende nobis dñe misericordiã tuã/ et salutare tuũ da nobis. Et finiatur a cho. deinde clerici incipiãt. Allã. sine neumate: qd per totum annũ obseruetur qñ dr seq̃. tm̃. Quãdo vero nõ habet seq̃. tunc dr neuma a toto choro post repetitionem Allã. Finito. Allã. sequatur. Seq̃.

Salus eterna indeficiẽs mũdi vita. Lux sempiterna et redẽptio vere nostra. Cõdolẽs hũana perire secla p tẽtãtis numina. Nõ linquẽs excelsa adijsti ima ppria clementia. Mox tua spõtanea gratia assumens humana. Que fuerant perdita: omnia saluasti terrea. Ferens mundo gaudia. Tu animas et corpora: nostra christe expia

Ut poſſideas lucida. Noſmet habitacula. Aduētu pꝛimo iuſtifica. In ſecundo noſqꝫ libera Ut cum facta luce magna iudicabis omnia. Chpti ſtola icoꝛrupta: noſmet tua ſubſequamur mox veſtigia: quocunqꝫ viſa. Non dicatur **Amen.** in fine ſequentie per totum annum ad miſſam. Nulla die dominica per annū dicitur ſequentia ad miſſam quando de dominica agitur: niſi per aduentum et in tēpoꝛe paſchali. et in vj. die a natiui. dñi. In feſtis vero ſctoꝝ quando choꝛus regitur per totum ānum extra lxx. vſqꝫ ad paſcha dicitur ſequētia niſi i feſtis plurimoꝝ cōfeſſoꝝ: et in feſto ſancti michaelis in monte tumba. A ſeptuageſima vero vſqꝫ ad cenā domini in dñicis ⁊ i feſtis nouem lec. canitur tractus a quattuoꝛ clericis de ſuperioꝛi gradu i cappis ſericis rubeis ad gradum choꝛi: niſi in feſto purifi. et ānūci. beate marie. Tñ in pꝛima dominica xl. et in dominica palmarum in choꝛo alternis vicibus hincinde cātatur. In fine. **Alleluya** vel ſequentie vel tra. dyaconus anteqꝫ accedat ad euāgelium pnūciādū thurificet medium altaris tantum: nūqꝫ eni thurificet lectrinum neqꝫ ad miſſā neqꝫ ad matuti. ante pꝛonūciationem euāgelij. Deinde accipiat textum ſcꝫ librū euāgelioꝝ: ⁊ humiliās ſe ad ſacerdotē ſtātē corā altari verſa facie ad meridiē ita dicat ſine nota. **Iube dñe benedicere.** Sacerdos reſpōdeat. **Dñs ſit in coꝛde tuo ⁊ in oꝛe tuo ad pnūciādum ſctm̄ euāgeliū dei. In noīe pris ⁊c.** Si aūt ſacerdos per ſemet ipm̄ celebꝛet: dicat priuatim. **Iube dñe benedicere.** poſtea dicat ipſemet. **Dñs ſit in coꝛde meo et in oꝛe meo ad pnūciādum ſctm̄ euāgeliū dei. In noīe pa. ⁊c.** Et ſic pꝛocedat diaconus p mediū choꝛi ipm̄ textū ſuper ſiniſtrā manū ſolēniter geſtādo ad pulpitum accedat: thuribul. et ceroferaꝛ. pꝛecedentibus. Et ſi duplex feſtū fuerit crux pcedat que quaſi a dextris cōtraria: id eſt ex oppoſito erit legentis euāgeliū facie crucifixi ad legētem cōuerſa. Ubicunqꝫ eni legitur epyſtola in pulpito ibidem legatur euāgeliū. Et cū ad locum legendi peruenerint: textum ipſum ſubdiaconus accipiat/ et a ſiniſtris ipſi⁹ dyaconi quaſi oppoſitus ipſum textum dū euangeliū legitur teneat: ceroferarijs diacono aſſiſtentibus: vno a dextris ⁊ reliquo a ſiniſtris ad eum conuerſis. thuribulari⁹ vero ſtet poſt dyaconum ad eum conuerſus: et ſemp legat euāgeliū verſ⁹ aqlonē id eſt boꝛeā. Et ſi ep̄s exequatur officiū: oēs miniſtri in choꝛo ad ſeqñtiā cātādam veniāt qñ ſequentia dr̄ pter pꝛicipalem dyaconū et pꝛicipalem ſubdyaconum: et ibi moꝛam faciāt dyaconi ⁊ ſubdyacoñi i medio choꝛi cum rectoribus choꝛi donec pꝛincipalis dyaconus a pulpito poſt lectum euangeliū p choꝝ redeat. Cū aūt inceperit euāge. poſt **Dñs vobiſcū.** faciat ſignū ſuper libꝛū: deinde in ſua frōte/ et poſtea in pectoꝛe cum pollice. Euāgel. S. math. xxi.

IN illo tēpoꝛe: Cum appꝛopinquaſſet ieſus hieroſolymis ⁊ veniſſet bethphage ad mōtem oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtellum quod cōtra vos eſt: ⁊ ſtatim inuenietis aſinam alligatam/ et pullum cum ea. Soluite: et adducite michi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite quia dñs his opus habet/ et confeſtim dimittet eos. Hoc aūt totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictum eſt per pꝛophetā dicentem

Dicite filie ſyon. Ecce rex tuꝰ venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinā ⁊ pullū filiū ſubiugalis. Euntes autē diſcipuli: fecerūt ſicut p̄cepit illis ieſus. Et adduxerūt aſinam ⁊ pullū: ⁊ impoſuerūt ſup eos veſtimenta ſua: ⁊ eū deſup ſedere fecerunt. Plurima autē turba ſtrauerūt veſtimēta ſua in via. Alij autē cedebāt ramos de arboribꝰ: ⁊ ſternebāt in via. Turbe aūt q̄ p̄cedebāt et q̄ ſeq̄bantur: clamabāt dicētes. Oſanna filio dauid: b̄ndictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i. ¶ Lecto euangelio oſculet᷑ librū: ⁊ accedēs ſubdyaconus ſtatī porrigat ei textū quē ipſe ſubdyaconꝰ ex directo pectore deferat. Finito euāgelio incipiat ſacerdos in medio altaris. **Credo in vnū deū.** Deinde cantet᷑ a choro nō alternatim ſed a toto choro. Require īfra. ¶ Hec ſūt feſta ī quibus dicendū eſt **Credo in vnū.** ſcd̄m vſū ſar. Omnibꝰ dn̄icis diebꝰ ꝑ totū annū ad magnā miſſā/ ſiue de dn̄ica agit᷑ ſiue non. Jn miſſis tn̄ vigiliaꝝ et ſc̄oꝝ. iij. lec. et in miſſis defūctoꝝ q̄ in capitulo in dn̄icis dicūtur/ non dicitur. Sed ſi miſſa dn̄icalis ī capitulo dicit᷑: tunc dicit᷑ **Credo.** Dicetur etiā per octo dies nati. dn̄i/ paſche ⁊ pēthe. ⁊ in oī duplici feſto per annū: ⁊ in oībꝰ feſtis apl̄oꝝ ⁊ euangeliſtaꝝ/ ⁊ ī vtroq̄ feſto ſācte crucis/ ⁊ in feſto ſc̄tē magdalene/ ⁊ in vtroq̄ feſto ſancti michaelis et in miſſa ſponſaliū. Dicetur etiā ad miſſam de ſancta maria qn̄ ad miſſam de die dicendū eſt per totū annū: et in feſto alicuiꝰ ſācti in cuius honore dedicatū eſt altare vel eccleſia ad altare eiuſdē ſācti tantū. Poſt **Credo** dicat ſacerdos. **Dn̄s vob.** ⁊ **Oremꝰ.** Offꝫ. **Ad te dn̄e leuaui animam meam deus meus in te confido non erubeſcā: neq̄ irrideant me inimici mei. etenim vniuerſi qui te expectant: non confundentur.** Vſꝰ. **Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus ſalutaris meus ⁊ te ſuſtinui tota die.** Vſus. **Reſpice in me ⁊ miſerere mei domine cuſtodi animam meam et eripe me: non confundar quoniam inuocaui te.** Jſti duo vſus dicūtur per ebdomadam alternis vicibus qn̄ de ſc̄to agitur. et nō in die dn̄ica. quod per totum annū obſeruet᷑ quando vſus offertorij habentur. Nunq̄ dicūtur duo vſus cū offertorio in vna feria: nec dicūtur poſt offertoriū niſi in ferijs per aduentū: ⁊ a. lxx. vſq̄ ad cenam domini tantum. Secreta.

Hec ſacra nos dn̄e potenti virtute mundatos ad ſuū faciant puriores venire p̄ncipium. P. ¶ Per totū aduentū non dicit᷑ p̄fatio niſi quotidiana qn̄ de tēporali agitur. Cōio. **Dominus dabit benignitatem: et terra noſtra dabit fructum ſuum.** Poſtcommunio.

Suſcipiamus dn̄e miſericordiam tuam in medio templi tui: ⁊ reparationis noſtre ventura ſolennia cōgruis honoribus p̄cedamus. P. ¶ Feria. ij. qn̄ de ſc̄to agit᷑ ad miſſam Officiū. **Ad te te leuaui** ꝑs **Vias tuas. Gl̄ia patri.** repetatur officiū **Ad te.** Hoc modo ſemꝑ dicitur officiū ad miſſam qn̄ chorꝰ nō regitur/ niſi infra paſſionē dn̄i. Hec miſſa dicitur per totam ebdomadam: niſi feſtū. ix. lec. vel oc. ſancti andree intercurrant: et niſi quādo dicitur miſſa **Salus populi.** vel aliqua commemoratio ſancti loci: vel de ſancta maria facienda fuerit. Et ſemper cum ſuo **Alleluia** dicitur miſſa dn̄icalis quod per totū annū obſeruet᷑ qn̄ alla dᵉ dicet᷑ et **alleluia** ad oēꝫ miſſā de die ꝑ annū p̄ter terc͠ꝗ a. lxx. vſq; ad vigil. paſche. et exceptis vigil. extra dñicā et tēpus paſche contingentib⁹: exceptis etiā quattuoꝛ tempoꝛib⁹ que etiam extra ebdomadā penthecoſtes contigerint. ¶ Feria. iiij. Lectio epyſtole beati iacobi apoſtoli. v. capitulo

Chariſſimi. Patientes eſtote: vſq; ad aduentū dñi. Ecce et agricola expectat pꝛecioſum fructum terre: patienter ferens donec accipiat tempoꝛaneum ꝛ ſerotinū. Patientes igitur eſtote et vos / et confirmate coꝛda veſtra: quoniam aduentus domini appꝛopinquabit. Nolite ingemiſcere fratres ĩ alterutrum: vt non iudicemini. Ecce et iudex ante ianuam expectat. Exemplum accipite fratres: exitus mali et longanimitatis / et laboꝛis et patientie pꝛophetas: qui locuti ſunt / in nomine domini noſtri ieſu chꝛiſti. ¶ Initium ſancti euangelij ſecundum marcum pꝛio capitulo.

Principiū euangelij ieſu chꝛiſti filij dei: ſicut ſcriptum eſt ĩ yſaia pꝛopheta. Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam: qui pꝛeparabit viam tuā ante te. Vox clamantis in deſerto: parate viam dñi: rectas facite ſemitas eius. Fuit in deſerto iohannes baptizans ꝛ pꝛedicans baptiſmū penitentie: in remiſſionem peccatoꝛum. Et egrediebatur ad eū omnis iudee regio. et hieroſolymite vniuerſi: ꝛ baptizabantur ab illo in ioꝛdanis flumine / cõfitentes peccata ſua. Et erat iohānes veſtitus pilis cameloꝝ: et zona pellicea circa lūbos eius. Et locuſtas et mel ſilueſtre edebat: ꝛ pꝛedicabat dicēs Venit foꝛtioꝛ me poſt me: cuius non ſum dignus pꝛocumbens / ſoluere coꝛrigiam calciamentoꝝ eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos ſpiritu ſācto. ¶ Si aliquod feſtū vnde fieri debeat ſeruitiū in hac quarta feria cõtigerit: epl'a ꝑnotata ꝛ euangel. legant' in. v. feria ſi vacauerit: ſin autē / ambo pretermittantur eo āno. ¶ Feria. vi. Lec. yſaie ꝑphete. li. capitulo

Hec dicit dominus deus. Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt: ꝛ queritis dominū. Attendite ad petram vnde exciſi eſtis: et ad cauernam laci de qua ꝑciſi eſtis. Attendite ad abꝛaham patrem veſtrum: et ad ſaram que peperit vos Quia vnum vocaui eum: et benedixi ei / et multiplicaui eum. Conſolabitur ergo dominus ſyon: et conſolabitur omnes ruinas eius. Et ponet deſertū ei⁹ quaſi delicias: ꝛ ſolitudinem eius quaſi oꝛtum domini. Gaudium et letitia inuenietur in ea: gratiarum actio ꝛ vox laudis Attendite popule meus: et tribus mea me audite. Quia lex mea exiet: et iudicium meum in lucem populoꝛum requieſcet. Pꝛope eſt iuſtus meus: et egreſſus eſt ſaluatoꝛ meus / et bꝛachia mea populos iudicabunt Me inſule expectabunt et bꝛachium meum ſuſtinebūt. Leuate oculos veſtros in celū: ꝛ videte ſub terra deoꝛſum. Quia celi ſicut fumus liqueſcent: ꝛ terra ſicut veſtimentum atteretur / ꝛ habitatoꝛes eius ſicut hec interibunt. Salus autem mea: in ſempiternū erit Et iuſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtū: populus meus / lex mea in coꝛde eoꝛum. Nolite timere oppꝛobꝛium hominum: et blaſphemias eoꝛum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum / ſic comedet eos vermis: et ſicut lanam / ſic deuoꝛabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternum erit: ꝛ iuſtitia mea in generationes generationum. ¶ Secūdum matheū. ix.

In illo tempore. Uenit iohānes baptiſta: predicans in deſerto iudee et dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnū celorum. Hic eſt enim de quo dictū eſt: per yſaiam prophetam dicentē Uox clamantis in deſerto/ parate viam domini: rectas facite ſemitas eius. Ipſe autem iohannes habebat veſtimentū de pilis camelorū: et zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſte et mel ſilueſtre. Tunc exibat ad eū hieroſolima et oīs iudea: ⁊ omnis regio circa iordanem. Et baptizabantur ab eo in iordane: cōfitētes peccata ſua. ¶ Si vero vi. feria nō vacauerit: predicta epyſtola ⁊ euāgeliū omnino pretermittātur ⁊ hoc per totū aduentū. ⁊ a Dñe ne in ira vſq ad quinquageſimam. ⁊ ab oc. paſche vſq ad p̄mā dñicā añ aſcē. do. obſeruetur. a Deus olim, ħo vſq ad aduentū dñi ſi quarta et quinta fer. nō vacauerint: tunc in ſexta feria legantur epyſtola ⁊ euangeliū de iiij. fer. ſi vacauerit. ſin autē oīno p̄termittātur. Nūq̄ enī legātur epiſtola et euāgeliū de. iiij. fer. in. ij. fer. vel in tercia feria. neq epiſtola et euangeliū de vi. feria in v. feria. Non enim debet ſeruitium anticipari ſecundum vſum Sar.

¶ Dñica. ij. aduentus. Officium.

Populus ſyon ecce dominꝰ veniet ad ſaluandas gentes: et auditam faciet dominus gloriam vocis ſue/ in leticia cordis veſtri. Ps. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph. Repetatur offiñ. ſcʒ. Populus. Gloria. Populꝰ. or.

Excita dñe corda noſtra ad p̄parandas vnigeniti tui vias vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia.

Ad romanos. xv. capitulo.

Fratres: Quecunq enim ſcripta ſunt: ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. vt per patientiā et cōſolationem ſcripturarum/ ſpē habeamus. Deus autem patientie et ſolatij: det vobis idipſum ſapere in alterutrum: ſecūdum ieſum chriſtum/ vt vnanimes vno ore honorificetis deum/ ⁊ patrem domini noſtri ieſu chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut et chriſtus ſuſcepit vos in honorem dei. Dico enim chriſtum ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis/ propter veritatem dei: ad cōfirmandas promiſſiones patrum. Gentes autem ſuper miſericordia honorare deum: ſicut ſcriptum eſt. Propterea cōfitebor tibi in gentibus domine: et nomini tuo cātabo. Et iterum dicit. Letamini gentes: cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gētes dominum: et magnificate eum omnes populi. Et rurſum yſaias ait. Erit radix ieſſe: ꝗ exurget regere gentes in eū gētes ſperabūt. Deꝰ autē ſpei repleat vos omni gaudio ⁊ pace in credendo: vt abūdetis in ſpe ⁊ virtute ſpiritusſancti. Graduale. Ex ſyon ſpecies decoris eius/ deus noſter manifeſte veniet. verſus. Congregate illi ſanctos eius/ qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Alleluya verſus. Uirtutes celi mouebuntur/ et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum poteſtate et maieſtate magna. Sequētia.

Regnantem ſempiterna per ſecla ſuſceptura concio deuote concrepa. Diuino ſono [illegible] reddendo debita. Cui iubilant agmina celica: eius vultu exhilarata.

ferij̃ a .lxx. vſq; ad vigil. paſche. et exceptis vigil. extra dñicã et tẽpus paſche contingentib⁹: exceptis etiã quattuoꝛ tempoꝛib⁹ que etiam extra ebdomadã penthecoſtes contigerint. ¶ Feria .iiij. Lectio epyſtole beati iacobi apoſtoli .v. capitulo

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ turbis iudeorum. Ego vado et queretis me: ⁊ in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado: vos nō poteſtis venire. Dicebāt ergo iudei. Nū qd̄ interficiet ſemetipm̄: qꝛ dicit/ q̄ ego vado vos nō poteſtis venire? Et dicebat eis. Vos de deorſū eſtis ego de ſuperius ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego nō ſum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini in pctis vr̄is. Si enim non credideritis qꝛ ego ſum: moriemini in pctō vr̄o. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus. Principium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: ſed qui me miſit verax eſt. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et nō cognouerunt: quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis ieſus. Cū exaltaueritis filium hominis: tūc cognoſcetis quia ego ſum. Et a me ipſo facio nichil: ſed ſicut docuit me pater/ hec loquor. Et qui me miſit mecum eſt: ⁊ nō reliquit me ſolum. Quia ego que placita ſūt ei: facio ſemper. Offertorium. Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum prouidebam deum in conſpectu meo ſēp quoniam a dextris eſt michi ne commouear. ℣⁹. Conſerua me domine quoniā in te ſperaui: ego dixi deus meus es tu/ domin⁹ pars hereditatis mee. Secreta.

Hec hoſtia q̄s dn̄e placatiōis ⁊ laudis: tua nos ꝓpiciatione dignos efficiat. Per do. Cōio. Dn̄e dominus nr̄ q̄ admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. Poſtcōio.

Hec nos cōmunio domīe purget a crimine: ⁊ celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dn̄m. Sup pplm̄ Hūil. ca. vr̄a deo. Or.

Adeſto ſupplicationib⁹ nr̄is omp̄s de⁹/ et quibus fiduciā ſperāde pietatis indulges: conſuete miſericordie tribue benign⁹ effectum. P do. ¶ Feria. iiij. Officium.

Tibi dixit cor meum queſiui vultum tuum/ vultum tuum domīe requirā ne auertas faciem tuam a me. Ps. Domin⁹ illuminatio mea: ⁊ ſalus mea quē timebo. Orem⁹. Fle. Or.

Perfice q̄s domine benign⁹ in nobis obſeruātie ſancte ſubſidium: vt q̄ te auctore facienda cognouimus: te operāte cōpleamus. Per. Lectio libri regum. iij. xvij.

In dieb⁹ illis: Fact⁹ eſt ſermo dn̄i: ad helyā theſbitē dicens Surge/ ⁊ vade i ſareptā ſidonioꝝ: ⁊ manebis ibi. Precepi enī ibi mulieri vidue: vt paſcat te. Surrexit helyas: ⁊ abijt i ſareptā. Cunq̄ veniſſet ad portā ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna. Et vocauit eā: dixitq̄ ei Da michi paululū aq̄ i vaſe: vt bibā. Cūq̄ illa ꝑgeret vt afferret: clamauit poſt tergū eius dicēs. Affer michi obſecro et bucellā panis: i manu tua. Que rn̄dit. Viuit dn̄s de⁹ tu⁹: qꝛ nō habeo panē niſi q̄tū pugillus capere poteſt farine in hydria/ et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar ⁊ faciã illud michi ⁊ filio meo/ vt comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: ſꝫ vade ⁊ fac ſicut dixiſti. Verũtamẽ mihi ṗmũ fac de ip̄a farinula ſubcinericiũ panẽ paruulũ ⁊ affer ad me: tibi aũt ⁊ filio tuo facies poſtea. Hec aũt dicit dñs de⁹ iſrael hydꝛia farine nõ deficiet nec lechit⁹ olei minuetur/ vſqꝫ i diẽ in qua daturus eſt dñs pluuiam ſuꝑ faciem terre. Que abijt et fecit iuxta vbũ helye: et comedit ipſe et illa/ et domus ei⁹ tota. Et ex illa die hydꝛia farine nõ defecit: ⁊ lechitus olei nõ eſt iminut⁹/ iuxta verbũ dñi qđ locut⁹ fuerat: i manu helye. Gr. Iacta cogitatũ tuum in dño et ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui apꝓpiquãt michi. S. mattheũ. xxiij.

IN illo tp̄e: Locut⁹ eſt ieſ⁹ ad turbas: ⁊ ad diſcipulos ſuos dicẽs. Super cathedꝛã moyſi: ſederũt ſcribe ⁊ phariſei. Omnia ergo q̄cunqꝫ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite: ſcđm vero opera eoꝝ nolite facere. Dicũt eni: ⁊ nõ faciũt. Alligãt enim onera grauia ⁊ iportabilia ⁊ iponunt in humeros hoim: digito autẽ ſuo nolũt ea mouere. Oĩa vo opa ſua faciũt: vt videãtur ab hoibus. Dilatãt eni philateria ſua: et magnificãt fimbꝛias. Amãt aũt ṗmos accubitus in cenis: et pꝛimas cathedꝛas in ſynagogis/ ⁊ ſalutationes in foꝛo/ ⁊ vocari ab hoibus rabbi. Vos autẽ nolite vocari rabbi: vn⁹ eſt eni magiſter veſter/ oẽs aũt vos frẽs eſtis. Et patrem nolite vocare vobis: ſuꝑ terrã. Vn⁹ eſt eni pater veſter: qui i celis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magr̃ veſter vnus eſt xp̄s. Qui maioꝛ eſt veſtrum: erit miniſter vr̃. Qui aũt ſe exaltauerit: hũiliabit̃. Et q̃ ſe humiliauerit: exaltabitur. Offr. Miſerere michi dñe ſcđm magnã miſericoꝛdiã tuã dele dñe iniq̃tatẽ meã. ℣. Qm̄ iniq̃tatẽ meã ego cognoſco/ et delictũ meũ ɔtra me eſt ſp̄. Sec.

SAnctificationẽ tuã nobis dñe his miſterijs placat⁹ opare: que nos et a terrenis purget vicijs et ad celeſtia dona perducat. Per. Cõio. Narrabo omnia mirabilia tua: letaboꝛ ⁊ exultabo in te pſallã noĩ tuo altiſſime. Poſtcõmunio.

SIt nobis domĩe q̄s medicina mentis ⁊ coꝛpoꝛis qđ de ſãcto altari tuo ꝑcepimus: vt nullis aduerſitatibus fatigemur: qui tanti remedij participatione munimur. Per. Suꝑ ppl̄m. Hũiliate ca. Or.

PRopiciare domĩe ſupplicationibus noſtris: ⁊ aĩarũ noſtrarũ medere lãguoꝛibus: vt remiſſione percepta/ in tua ſemꝑ benedictione letemur. P. ¶ Feria. iiij. Offi.

NE derelinquas me dñe deus me⁹ ne diſcedas a me: itẽde i adiutoꝛiũ meũ dñe virt⁹ ſalutꝫ mee. Ps. Dñe ne i furore tuo arguas me neqꝫ i ira tua coꝛripias me. Oꝛem⁹. Flectam⁹. Or.

POpulum tuum q̄s dñe ꝓpici⁹ reſpice: et quos ab eſcis carnalibus pꝛecipis abſtinere: a noxijs quoqꝫ vicijs ceſſare cõcede. P.

¶ Lectio libꝛi heſter. xiij.

IN dieb⁹ illis: Oꝛauit mardocheus ad dñm dicẽs. Dñe de⁹ rex oĩps: i ditione tua cũcta ſũt poſita/ ⁊ nõ eſt q̃ tue poſſit reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu eni dñe feciſti celũ ⁊ terrã: ⁊ quicq̄d celi ambitu cõtinet. Dñs oĩm tu es: nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue. Et nunc dñe rex regũ deus abꝛahã miſerere pp̄lo tuo: q2 volunt nos inimici nr̃i ꝑdere ⁊ hereditatẽ tuã delere. Ne deſpicias partẽ tuã quã redemiſti de egipto: ſed exaudi dep̄cationem nr̃am ⁊ ꝓpici⁹ eſto ſoꝛti ⁊ funiculo hereditatis tue et cõuerte luctum nr̃m in gaudium vt viuẽtes laudemus nomen tuum. Et ne claudas oꝛa canẽtium te: dñe deus nr̃. Gr. Saluũ fac pplm̃ tuum dñe ⁊ bñdic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo de⁹ me⁹ ne ſileas a me: ⁊ ero ſimilis deſcẽdẽtibus in lacũ. Tr.

DE neceſſitatibus meis eripe me dñe vide humilitatẽ meã ⁊ laboꝛem meũ: ⁊ dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad te leuaui aĩam meã de⁹ me⁹ ĩ te cõfido nõ erubeſcã neq; irrideãt me ĩimici mei. ℣. Eteni vniuerſi q̃ te expectãt nõ cõfũdẽtur. cõfũdãt oẽs faciẽtes vana. S. mat. xx.

IN illo tp̃e: Aſcẽdẽs ieſ⁹ hieroſolymã: aſſũpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ⁊ ait illis. Ecce aſcẽdimus hieroſolymã: ⁊ filius hoĩs tradet pꝛĩcipibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis: ⁊ cõdẽnabũt eum moꝛte. Et tradent eum gẽtibus ad illudẽdũ: ⁊ flagellãdum ⁊ crucifigẽdũ et tercia die reſurget. Tunc acceſſit ad eũ mater filioꝝ zebedei cũ filijs ſuis: adoꝛãs ⁊ petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeãt hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterã tuã/ ⁊ vn⁹ ad ſiniſtrã in regno tuo. Reſpondens autem ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicẽ: quẽ ego bibitur⁹ ſũ? Dicũt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicẽ quidẽ meũ bibetis: ſedere autẽ ad dexterã meã vel ad ſiniſtrã nõ eſt meum dare vobis. Sʒ quibus paratũ ʒ: a patre meo. Et audiẽtes decem: indignati ſunt de duobus fratrib⁹. Ieſus aũt vocauit eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis qꝛ pꝛincipes gentium dñantur eoꝝ: et qui maioꝛes ſunt poteſtatẽ exercẽt in eos. Nõ ita erit: inter vos. Sʒ quicunq; voluerit inter vos maioꝛ fieri: ſit veſter miniſter. Et qui voluerit iter vos pꝛimus eẽ: erit veſter ſeruus. Sicut filius hoĩs nõ venit miniſtrari ſʒ miniſtrare: et dare aĩam ſuã: ĩ redẽptionẽ pꝛo multis. Offr. Ad te dñe leuaui aĩam meam deus meus in te cõfido nõ erubeſcã/ neq; irrideãt me ĩimici mei/ etenim vniuerſi q̃ te expectãt nõ ꝯfũdẽtur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus ſalutaris meus et te ſuſtinui tota die. Secreta.

HOſtias domine quas tibi offerim⁹ ꝓpici⁹ reſpice: ⁊ ꝑ hec ſacroſãcta cõmercia/ vincula peccatoꝝ noſtroꝝ abſolue. Per do. Cõio. Iuſt⁹ dñs ⁊ iuſticias dilexit/ equitatem vidit vultus eius. Poſtcõio.

PRoſit nobis domine q̃s myſterij frequẽtata ꝑceptio: vt a vetuſtatis cõditione purgati: ad tue nouitatis incremẽta tẽdam⁹. Per. Sup pplm̃. Hũil. ca. ve. Or.

DEus innocentie reſtitutoꝛ et amatoꝛ: dirige ad te tuoꝛũ corda ſeruoꝛũ/ vt ſpũs tui feruore cõcepto: ⁊ in fide inueniãtur ſtabiles/ ⁊ in opere efficaces. Per do. in vnitate eiuſdẽ. ¶ Feria. v. Officiũ.

DEus ĩ adiutoꝛiũ meũ itẽde dñe ad adiuuãdũ me feſtina cõfũdãtur ⁊ reuereãtur inimici mei qui q̃rũt animam meã. Ps. Auertantur retroꝛſum et erubeſcãt: qui volunt michi mala. Oꝛemus. Flectamus gen. Oratio.

PReſta nobis q̃s domine auxiliũ grẽ tue: vt ieiunijs ⁊ oꝛationib⁹ cõuenienter intẽti: liberemur ab hoſtib⁹ mẽtis ⁊ coꝛpoꝛis. Per do.

¶ Lectio hieremie prophete. xvij.

IN dieb⁹ illis: Locut⁹ eſt hieremias pꝛopheta dicẽs. Maledictus homo q̃ confidit in hoĩe: ⁊

ponit carnē brachiū ſuū/ ⁊ a domino recedit cor eiꝰ. Erit enī q̄ſi miricę in deſerto: ⁊ nō videbit cū venerit bonū: ſed hitabit ī ſiccitate/ ī deſerto/ ī terra ſalſugis ⁊ īhabitabili. Benedictꝰ vir q̄ ꝯfidit ī domīo: ⁊ erit dominꝰ fiducia eiꝰ. Et erit q̄ſi lignū qd̄ trāſplātatꝰ ſup aquas: qd̄ ad humorē mittit radices ſuas/ et nō timebit cum venerit eſtꝰ. Et erit foliū eiꝰ viride: ⁊ ī tp̄e ſiccitatis nō erit ſollicitū/ nec aliquādo deſinet facere fructū. Prauū ꝫ cor hoīs ⁊ īſcrutabile: q̄s cognoſcet illd̄? Ego dominꝰ ſcrutās corda ⁊ pbās renes ꝗ do vnicuiq; iuxta viā ſuā/ ⁊ iuxta fructū adinuētionū ſuaꝝ. Dicit dominꝰ: oīps. Gr. Propiciꝰ eſto dn̄e pctīs nr̄is nequādo dicāt gētes vbi eſt deꝰ eoꝝ. V. Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄/ ⁊ ꝓpter honorē noīs tui dn̄e libera nos. Scd̄m iohānē. v.

In illo tēpore: Dixit ieſꝰ turbiſ iudeoꝝ. Nō poſſū ego a me ipſo facere quicq̄: ſ; ſicut audio iudico. Et iudiciū meū iuſtū ꝫ: qꝛ non q̄ro voluntatē meā/ ſed voluntatē eiꝰ q̄ miſit me. Si ego teſtimoniū phibeo de meipſo: teſtimoniū meū nō ꝫ veꝝ. Alius ꝫ qui teſtimonium phibet de me: ⁊ ſcio qꝛ veꝝ ꝫ teſtimonium eius qd̄ phibet de me. Vos miſiſtis ad iohānē: ⁊ teſtimoniū phibuit veritati. Ego aūt non ab hoīe teſtimonium accipio: ſ; hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucēs: vos autē voluiſtis ad horā exultare in luce eius. Ego āt habeo teſtimonium: maius iohāne. Opera enim q̄ dedit michi pater vt pficiā ea: ipſa opa que ego facio teſtimonium phibent de me/ qꝛ pater me miſit. Et qui miſit me pr̄: ipſe teſtimoniū phibet de me. Neq; vocē eius vnq̄ audiſtis: neq; ſpeciē eius vidiſtis. Et verbū eius nō habetis in vobis manēs: qꝛ quē miſit ille huic vos nō creditis. Scrutamini ſcripturas in quibus putatiſ vos vitā eternā habere: ⁊ ille ſūt q̄ teſtimoniū phibēt de me. Et nō vultis venire ad me: vt vitā eternā habeatis. Claritatē ab hoībus nō accipio: ſed cognoui vos/ qꝛ dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in noīe pr̄is mei: ⁊ non accepiſtiſ me. Si alius venerit in noīe ſuo: illum accipietis. Quomodo vos poteſtis credere q̄ gloriā abinuicē accipitis: ⁊ gloriā q̄ a ſolo deo ꝫ nō q̄ritis? Nolite putare qꝛ ego accuſaturus ſū vos apud patrē: eſt q̄ accuſat vos moyſes in quo vos ſpatis. Si enim crederetis moyſi: crederetis forſitan ⁊ michi. De me enī ille ſcripſit. Si autē illius litteris nō creditis: quomodo v̄bis meis credetis?

Offr. Precatus ꝫ moyſes in cōſpectu dn̄i dei ſui ⁊ dixit. Pcatꝰ ꝫ moyſes in conſpectu dn̄i dei ſui ⁊ dixit: q̄re dn̄e iraſceris ī populo tuo? parce ire anime tue/ memēto abrahā/ yſaac ⁊ iacob/ q̄bꝰ iuraſti dare terrā fluentē lac ⁊ mel/ ⁊ placatus factus ꝫ dn̄s de malignitate quā dixit facere pplo ſuo. V. Dixit dn̄s ad moyſē/ inueniſti grām in cōſpectu meo/ ⁊ ſcio te pre omnibus/ ⁊ feſtinās moyſes iclinauit ſe in terrā et adorauit dicēs/ ſcio qꝛ miſericors es in milibus auferens iniquitatē et peccata. Secreta.

Deus cui olim ſacrificioꝝ varietate finita hoſtiā nūc offerimus ſingularē: adeſto votis tua inſpiratiōe cōceptis: vt ī te ſperātiū ⁊ deſyderia iubeas pfici: ⁊ pctā deleri. Per dn̄. Cōio. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meū ſāguinē ī me manet ⁊ ego ī eo dicit dn̄s. Pꝰ

Gratia tua nos dn̄e q̄s nō derelinquat: q̄ ⁊ ſacre nos dedicat faciat ſeruituti: ⁊ tuã nobis opẽ ſẽper acq̃rat largitatis: ⁊ ab omnibꝰ tueatur aduerſis. Per dñ. Sup populum. Hũiliate capi. vr̃a deo. Or.

Adeſto dñe famulis tuis: ⁊ ꝑpetuã benignitatem largire poſcẽtibꝰ: vt his q̃ te auctoꝛe ⁊ gubernatoꝛe gloꝛiãt: ⁊ cõgregata reſtaures ⁊ reſtaurata ꝯſerues. Per.

¶Feria ſexta. Ad miſſam. Officiũ.

Ego autẽ cũ iuſtitia apparebo i cõſpectu tuo: ſatiaboꝛ dũ manifeſtabit̃ gl̃ia tua. Ps. Exaudi dñe iuſtitiã meã: intẽde deꝑcationẽ meã. Gl̃ia. Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da q̃s oĩps deꝰ: vt ſacro nos purificãte ieiunio: ſyncerꝫ mẽtibus ad ſctã vẽtura facias ꝑuenire. Per dñm. ¶Lectõ lib. gen. xxxvij.

In diebus illis: Dixit ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomnium meũ qđ vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro: ⁊ q̃ſi cõſurgere manipulũ meũ ⁊ ſtare/ vr̃oſq; maĩpulos circũſtãtes adoꝛare manipulũ meũ. Reſponderũt fratres eiꝰ. Nunq̃d rex noſter eris: aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomnioꝛũ atq; ſermonũ: inuidie ⁊ odij fomitẽ miniſtrauit. Aliđ q̃q; vidit ſomniũ: qđ narrãs fratribus ait. Vidi ꝑ ſomniũ q̃ſi ſolẽ ⁊ lunã: ⁊ ſtellas vndecim adoꝛare me. Qđ cũ pr̃i ſuo ⁊ fratꝛibꝰ retuliſſet: icrepauit eũ pater ſuus ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſõniũ qđ vidiſti? Nũ ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui: adorabimus te ſuꝑ terrã? Inuidebãt ei igitur fratres ſui: pater vero rẽ tacitus cõſyderabat. Cũq; fratres illius in paſcẽdis gregibus patris moꝛarẽtur in ſichem: dixit ad eum iſrael. Fratres tui paſcunt oues in ſichimis: veni/ mittam te ad eos. Quo rñdẽte Preſto ſum: ait. Vade ⁊ vide ſi cũcta ꝓſpera ſint erga fratres tuos ⁊ pecoꝛa: ⁊ renũcia michi qđ agaſ. Miſſus de valle ebꝛon venit in ſichẽ. Inuenitq; eũ vir errãtẽ in agro: ⁊ interrogauit eũ qđ q̃reret. At ille rñdit. Fratres meos q̃ro. Indica michi: vbi paſcũt greges? Dixitq; ei vir. Receſſerũt de loco iſto. Audiui autem eos: dicẽtes. Eamꝰ in dothaĩ. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos: ⁊ iuenit eos in dothaĩ. Qui cũ vidiſſet eũ ꝓcul: anteq̃ accederet ad eos cogitauerũt illũ occidere ⁊ mutuo loq̃bãt. Ecce ſõniatoꝛ venit. Venite/ occidamꝰ eũ/ ⁊ mittamus in cyſternã veterẽ: dicemuſq;/ fera peſſima deuoꝛauit eũ. Et tũc apparebit: qđ illi ꝓſint ſõnia ſua. Audiẽs aũt hec rubẽ: nitebat liberare eũ de manibꝰ eoꝛũ. Et dicebat. Non iterficiamꝰ aĩam eius nec effundamꝰ ſãguinẽ: ſ; ꝓijcite eũ in cyſternã hãc q̃ ꝫ in ſolitudine/ manuſq; vr̃as ſeruate innoxias. Hoc aũt dicebat: volẽs eripere eum de manibus eoꝛũ: ⁊ reddere pr̃i ſuo. Gr̃. Ad dominũ cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. V. Dñe libera aĩam meã a labijs iniquis/ ⁊ a lingua doloſa. Tractus.

Domie nõ ſcđm pctã nr̃a q̃ fecimꝰ nos neq; ſcđm iniquitates nr̃as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatũ nr̃aꝝ antiq̃rũ/ cito anticipẽt nos mĩe tue q; pauperes facti ſumus nimis. Hic non fiat genuflexio cuꝫ dꝛ. V. Adiuua nos deus ſalutaris nr̃/ ⁊ ꝓpter gloꝛiã noĩs tui dñe libera nos/ ⁊ ꝓpicius eſto pctĩs nr̃is ꝓpter nomẽ tuum. ¶Scđm matheum. xxi.

In illo tẽpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: ⁊ turbis iudeoꝝ. Homo quidã erat paterfamilias q̃ plãtauit vineã: ⁊ ſepẽ circundedit ei. Et fodit in eā torcularꝫ edificauit turrī: ⁊ locauit eā agricolis / et ꝑegre ꝓfectꝰ eſt. Cū aūt tēpus fructuū appꝛopiquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas / vt acciperēt fructꝰ eiꝰ. Et agricole apꝑhēſis ſeruis eiꝰ: aliū ceciderūt / aliū occiderūt / aliū vo lapidauerūt. Iterū miſit alios ſeruos plures p̄oribꝰ: ⁊ fecerūt illis ſimilit̄. Nouiſſime aūt miſit ad eos filiū ſuū: dicēs. Verebunt̄ filiū meū. Agricole aūt vidētes filiū: dixerūt īt̄ ſe. Hic eſt heres venite / occidamꝰ eū / ⁊ habebimus hereditatē eius. Et apꝑhēſum eū eiecerūt extra vineā / et occiderūt. Cū ergo venerit dn̄s vinee: qd̄ faciet agricolis illis? Aiūt illi. Malos male ꝑdet ⁊ vineā ſuam locabit aliis agricolis / q̄ reddāt ei fructū tꝑibꝰ ſuis. Dixit illis ieſus. Nūq̄ legiſtis in ſcripturis. Lapidē quē repꝛobauerūt edificātes: hic factꝰ eſt in caput anguli? A dn̄o factū eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis: qꝛ auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabit̄ gēti facienti fructus eiꝰ. Et qui ceciderit ſup lapidē iſtū: confringetur. Sup quem vero ceciderit: conteret eum. Et cū audiſſēt pꝛincipes ſacerdotum ⁊ phariſei parabolas eiꝰ: cognouerūt ꝙ de ipſis diceret. Et q̄rētes eū tenere: timuerūt turbas. Qm̄ ſicut ꝓphetā eum habebāt. Off. Dn̄e / ī auxiliū meum reſpice / ꝯfūdātur ⁊ reuereātur q̄ querūt aīam meā vt auferāt eam. V. Auertātur retroꝛſum et erubeſcāt qui cogitant michi mala. Secreta.

Hec ī nobis ſacrificia dn̄e deꝰ et actione ꝑmaneāt: ⁊ opatione firmētur. Per. Cōio. Tu dn̄e ſeruabis nos / ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in eternum. Poſtcō.

Fac nos domine q̄s accepto pignoꝛe ſalutis eterne ſic tēdere cōgruēter: vt ad eā ꝑuenire poſſimꝰ. Per do. Sup populū. Oremꝰ. Humiliate capita veſtra deo. Or.

Da q̄s domine populo tuo ſalutē mētis et coꝛpoꝛis: vt bonis operibus inherēdo / tue ſemper virtutis mereatur ꝓtectione defēdi. Per do. ¶ Sabbato. Officium.

Lex domini irrepꝛehēſibilis conuertēs aīas teſtimonium domini fidele ſapiētiā pꝛeſtans paruulis. Ps. Celi enarrant gloꝛiā dei: et opera manuum eius annunciat firmamētū. Oremꝰ. Flectamꝰ genua. Le. Or.

Da q̄s domine noſtris effectū ieiuniis ſalutarē: vt caſtigatio carnis aſſumpta ad noſtrarum vegetationē trāſeat animaꝝ. Per.

¶ Lectio libꝛi geneſis. xxvii.

In diebꝰ illis: Dixit rebeca filio ſuo iacob. Audiui patrem tuū loquentē cū eſau fratre tuo: et dicētē ei. Affer michi de venatione tua / ⁊ fac cibos vt comedā: ⁊ bn̄dicā tibi coꝛā dn̄o / āteq̄ moꝛiar. Nūc ergo fili mi acq̄eſce ꝯſiliis meis: ⁊ ꝑgēs ad gregē / affer michi duos hedos optimos / vt faciā ex eis eſcas pr̄i tuo quibꝰ libēter veſcit̄. Quas cū intuleris ⁊ comederit: benedicat tibi ꝑuſq̄ moꝛiatur. Cui ille rn̄dit. Noſti ꝙ eſau frater meꝰ hō piloſꝰ ſit: et ego lenis? Si attrectauerit me pr̄ meus ⁊ ſēſerit: timeo ne putet ſibi me voluiſſe illudere / ⁊ inducat ſuper me maledictionē p̄ bn̄dictiōe. Ad quem mr̄. In me ſit (ait) iſta maledictio fili mi: tātum audi vocē meā / et pergēs affer que dixi. Abiit ⁊ attulit: deditq̄ matri. Parauit illa cibos ſicut nouerat velle patrē illius: ⁊ veſtibus eſau valde bonis quas apud ſe habebat domi induit eum. Pelliculaſq̄ hedoꝛum circumdedit manibus: ⁊ colli nuda ꝓterit. Dediſqꝫ pulmētū: ꝛ panes quos coxerat tradidit. Quib⁹ illatis dixit. P̄r mi? At ille rn̄dit Audio. Quis es tu: fili mi? Dixitqꝫ iacob. Ego ſū eſau ꝓmogenit⁹ tu⁹ feci ſicut ꝓcepiſti michi. Surge/ſede ꝛ comede de venatione mea: vt benedicat michi aīa tua. Rurſūqꝫ yſaac: ad filiū ſuū. Quomodo (inq̄t) tā cito inuenire potuiſti fili mi? Qui rn̄dit. Volūtas dei fuit: vt cito michi occurreret qd̄ volebā. Dixitqꝫ yſaac Accede huc vt tāgā te fili mi: ꝛ pbē vtrū tu ſis fili⁹ meus eſau/an non. Acceſſit ille ad patrem: et palpato eo dixit yſaac. Vox q̄dem vox iacob eſt: ſꝫ man⁹/man⁹ ſūt eſau. Et nō cognouit eū: qꝛ piloſe manus ſimilitudinē maioꝛis expꝛeſſerāt. Bn̄dicēs ergo illi ait. Tu es filius meus eſau? Rn̄dit. Ego ſum. At ille. Affer (inquit) michi cibos de venatiōe tua fili mi: vt bn̄dicat tibi aīa mea. Quos cum oblatos comediſſet: obtulit ei etiā et vinum. Quo hauſto: dixit ad eum. Accede ad me et da michi oſculum fili mi. Acceſſit: et oſculat⁹ eſt eum. Statiqꝫ vt ſenſit veſtimētoꝝ illius fragrātiā: benedicens illi ait. Ecce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri pleni: cui benedixit domin⁹. Det tibi deus de roꝛe celi ꝛ de pinguedine t̄re/abūdātiā frumenti vini ꝛ olei: et ſeruiāt tibi populi/et adoꝛent te tribus. Eſto dn̄s fratrum tuoꝛū: ꝛ incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi ſit ille maledict⁹: et qui bn̄dixerit tibi benedictionibus repleat̄. Vix yſaac ſermonē cōpleuerat: ꝛ egreſſo iacob foꝛas/venit eſau. Coctoſqꝫ de venatione cibos: intulit p̄ri dicēs. Surge pater mi/et comede de venatione filij tui: vt benedicat michi aīa tua. Dixitqꝫ illi yſaac. Quis enim es tu? Qui reſpōdit. Ego ſū fili⁹ tu⁹ ꝓmogenitus eſau. Expauit yſaac ſtupoꝛe vehemēti: ꝛ vltraq̄ȝ credi poteſt admirās ait. Quis igit̄ ille eſt q̄ dudum captā venationē attulit michi: ꝛ comedi ex omib⁹ p̄uſq̄ȝ tu venires? Bn̄dixiqꝫ illi: et erit bn̄dict⁹. Auditis eſau ſermonib⁹ patris: irrugijt clamoꝛe magno/ꝛ conſternat⁹ ait. Bn̄dic etiā ꝛ michi pater mi. Qui ait. Venit german⁹ tu⁹ fraudulēter: ꝛ accepit bn̄dictionē tuā. At ille ſubiūxit Juſte vocatū eſt nomē ei⁹ iacob: ſupplātauit enī me en altera vice. Pꝛimogenita mea ante tulit: et nunc ſc̄do ſurripuit bn̄dictionē meā. Rurſūqꝫ ad patrē. Nunq̄d nō reſeruaſti (ait) ꝛ michi bn̄dictionem? Reſpōdit yſaac. Dn̄m tuum illum conſtitui: et oēs fratres ſuos ſeruituti illius ſubiugaui. Frumēto ꝛ vino et oleo ſtabiliui eum: ꝛ tibi poſt hec fili mi vltra quid faciā? Cui eſau. Nunvnam inquit tantū benedictionem habes pater? Michi quoqꝫ obſecro: vt bn̄dicas. Cūqꝫ eiulatu magno fleret: motus yſaac dixit ad eum. In pinguedine terre: ꝛ in roꝛe celi deſuper: erit benedictio tua. ℟. Bonum eſt cōfiteri dn̄o ꝛ pſallere nomī tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandum mane miſericoꝛdiam tuā: et veritatē tuā per noctem. Secūdum lucam. xv.

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolam hāc. Homo quidam habuit duos filios et dixit adoleſcentioꝛ ex illis patri. Pater/da michi poꝛtionem ſubſtātie: que me cōtingit. Et diuiſit illis ſubſtātiā. Et nō poſt multos dies cōgregatis omnibus/adoleſcētioꝛ filius pegre pꝛofectus eſt in regionem lōginquā: ꝛ ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuā viuēdo luxurioſe. Et poſtq̄ȝ oīa conſummaſſet: facta eſt fames valida in regione illa/ ⁊ ipſe cepit egere. Et abijt et adheſit vni ciuiū regionis illius: ⁊ miſit illū in villā ſuā/ vt paſceret porcoſ. Et cupiebat implere ventrē ſuū de ſiliquis quas porci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. In ſe autē reuerſus: dixit. Quāti mercēnarij ī domo pr̄is mei abūdāt panib⁹: ego aūt hic fame pereo? Surgā/ ⁊ ibo ad patrem meū: ⁊ dicā ei. Pater/ peccaui in celū ⁊ corā te: iā nō ſum dign⁹ vocari filius tuus/ fac me ſicut vnum ex mercēnarijs tuis. Et ſurgēs: venit ad p̄rem ſuū. Cū aūt adhuc longe eſſet: vidit illum pater ipſi⁹/ ⁊ miſ mot⁹ ʒ. Et accurrēs/ cecidit ſupra collū ei⁹: ⁊ oſculatus ʒ eū. Dixitq; ei filius. Pater/ peccaui ī celū ⁊ corā te: iā non ſum dign⁹ vocari fili⁹ tuus. Dixit aūt pater ad ſeruos ſuos. Cito aūt p̄ferte ſtolā primā ⁊ induite illū: ⁊ date anulū ī manu ei⁹/ ⁊ calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulū ſaginatū et occidite/ ⁊ māducemuſ ⁊ epulemur: qꝛ hic filius meus mortuus erat ⁊ reuixit/ perierat ⁊ īuētus ʒ. Et ceperūt epulari. Erat aūt filius eius ſenior in agro. Et cū veniret ⁊ appropinq̄ret domui: audiuit ſymphoniā ⁊ chorū/ ⁊ vocauit vnū de ſeruis/ ⁊ interrogauit quid hec eſſēt. Iſq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pr̄ tuus vitulū ſaginatū/ qꝛ ſaluū illū recepit. Indignatus ʒ autē: ⁊ nolebat introire. Pater ergo illi⁹ egreſſus cepit rogare illū. At ille r̄ndēs: dixit pr̄i ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: ⁊ nunq̄ mādatū tuū p̄teriui/ ⁊ nunq̄ dediſti michi hedū/ vt cum amicis meis epularer. Sed poſtq̄ hic filius tuus q̄ deuorauit ſubſtātiā ſuā cū meretricib⁹/ venit: occidiſti illi vitulū ſaginatū. At ille dixit ei. Fili/ tu ſemp̄ mecū es: et oīa mea tua ſūt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat: qꝛ frater tu⁹ hic mortuus fuerat ⁊ reuixit. Perierat: et inuētus ʒ. Off. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus meus p̄ualui aduerſus eum. V. Uſq; quo dn̄e obliuiſceris me in finē: q̄diu ponā conſilia in anima mea. Secreta.

HIs ſacrificijs dn̄e cōcede placatus/ vt qui proprijs oram⁹ abſolui delictiſ: non grauemur externis. Per. Cōio. Oportet te fili gaudere qꝛ frater tu⁹ mortu⁹ fuerat ⁊ reuixit/ p̄ierat ⁊ inuēt⁹ ʒ. Poſtcō.

SAcramēti tui domine diuina libatio penetralia nr̄i cordis infundat: ⁊ ſui nos participes potēter efficiat. Per dn̄m. Sup populum Oremus. Humiliate ca. vr̄a. d̄. Oro.

FAmiliā tuā q̄s dn̄e continua pietate cuſtodi: vt q̄ in ſola ſpe gr̄e celeſtis innitit: celeſti etiā ꝓtectione muniatur. Per dn̄m nr̄m.

¶ Dn̄ica. iij. q̄dragesime. Officiū.

OCuli mei ſemp̄ ad dominū: quia ipſe euellet de laqueo pedes meoſ: reſpice in me ⁊ miſerere mei quoniā vnicus et paup̄ ſum ego. Ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus ī te confido non erubeſcā. Oratio.

QUeſum⁹ oīpotēs de⁹ vota humiliū reſpice: atq; ad defenſionē noſtrā/ dexterā tue maieſtatis extēde. Per dn̄m. ¶ Ad epheſios. v.

FRatres: Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi: ⁊ ambulate in dilectione ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos: ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo ī odorē ſuauitatis. Fornicatio aūt ⁊ oīs īmundicia/ aut auaricia/ nec noīet̄ ī vob; ſicut decet ſctōs. Aut turpitudo/ aut ſtultiloq̄ū/ aut ſcurrilitas que ad rē non ꝑtinet: ſed magꝭ grãrũ actio. Hoc aũt ſcitote intelligētes/ꝙ oīs fornicatoꝛ/aut immūd⁹/aut auar⁹/qḋ ē ydoloꝝ ſeruit⁹: non habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nemo vos ſeducat ianibus v̄bis. Pꝛopter hec enī venit ira dei: in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eoꝝ. Eratis enī aliquādo tenebꝛe: nūc aūt lux in dño. Ut filij lucis: ambulate. Fructus enī lucis ē: in omī bonitate ⁊ iuſtitia/⁊ veritate. Gꝛ. Exurge dñe nō ꝑualeat homo: iudicētur gētes in ꝯſpectu tuo. V. In ꝯuertēdo inimicū meū retroꝛſū īfirmabūt̄ ⁊ periēt a facie tua. Tꝛ.

AD te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis. V. Ecce ſicut oculi ſeruoꝛum in manibus dñoꝝ ſuoꝝ. V. Et ſicut oculi ancille: i manib⁹ dñe ſue. V. Ita oculi nr̄i ad dominū deū nr̄m: donec miſereat̄ noſtri. V. Miſerere nobis dñe: miſerere nobis. ¶ Secundum lucam. xj.

IN illo tēpoꝛe: Erat ieſus eijciēs demoniū: ⁊ illud erat mutū. Et cū eieciſſet demoniū locut⁹ ē mutus ⁊ admirate ſūt turbe. Quidā aūt ex eis: dixerūt. In beelzebub pꝛincipe demonioꝛum: eijcit demonia. Et alij tētantes: ſignū de celo querebāt ab eo. Ipſe autē vt vidit cogitationes eoꝛum: dixit eis. Omne regnū in ſeipſū diuiſū deſolabit̄: ⁊ domus ſupꝛa domū cadet. Si aūt ⁊ ſathanas in ſeipſū diuiſ⁹ ē: quomodo ſtabit regnū ipſi⁹/q2 dicitis i beelzebub eijcere me demonia? Si autē ego in beelzebub eijcio demonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ⁊ ipſi iudices vr̄i erunt. Poꝛro ſi in digito dei eijcio demonia: ꝑfecto ꝑuenit in vos regnum dei. Cum foꝛtis armatus cuſtodit atriū ſuuz: in pace ſunt ea q̄ poſſidet. Si aūt foꝛtioꝛ illo ſupueniēs vicerit cuz: vniuerſa arma eius auferet in q̄b⁹ cōfidebat/⁊ ſpolia ei⁹ diſtribuet. Qui nō ē mecū: aduerſum me ē. Et q̄ nō colligit mecū: diſpgit. Cū immūd⁹ ſpūs exierit ab hoīe: ambulat ꝑ loca inaquoſa querēs requiē ⁊ nō inueniēs dicit. Reuertar in domū meam: vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eā ſcopis mundatā. Tūc vadit: ⁊ aſſumit ſeptē alios ſpiritus ſecū nequioꝛes ſe/⁊ ingreſſi habitāt ibi. Et fiūt nouiſſima hominis illius: peioꝛa pꝛioꝛibus. Factum ē aūt cū hec diceret: extollens vocē quedam mulier de turba/dixit illi. Btūs vēter qui te poꝛtauit: ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo. Beati q̄ audiunt verbū dei: ⁊ cuſtodiūt illud. Offꝛ. Iuſtitie domini recte letificātes coꝛda ⁊ dulcioꝛa ſup mel et fauum: nam et ſeruus tuus cuſtodiet ea. Secreta.

SUſcipe q̄s dñe deuotoꝝ munera famuloꝛum: ⁊ tua diuinis purifica ſeruiētes pietate myſterijs q̄bus etiā iuſtificas ignoꝛātes. Per dn̄m. Cōio. Paſſer inuenit ſibi domū ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe virtutū rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹: bt̄i q̄ hītāt ī domo tua ī ſclꝫ ſclī laudabūt te. P⁹cō.

A Cunctis nos dñe reatibus ⁊ periculis pꝛopiciatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per dominum noſtrū.

¶ Feria ſcd̄a. Ad miſſam Officiū.

IN deo laudabo verbum in dño laudabo ſermonez in deo ſperaui: nō timebo q̄d faciat michi homo. Ps. Miſerere mei deus qm̄ ꝯculcauit me homo: tota die impugnās tribulauit me. Flectamus genua. Leuate. Oꝛ.

COꝛdibus noſtris q̄s dñe gratiā tuā benign⁹ infūde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinem⁹:

ſta ſenſus quoqꝫ nr̃os a noxijs retrahamꝰ exceſſibus. Per dominũ.

¶ Lectio libri regum. iiij. b.

IN diebus illis: Naamã princeps militie regis ſyrie: erat vir magnꝰ apd̃ dñm ſuũ et honoratus. Per illũ enĩ: dedit dñs ſalutẽ ſyrie. Erat autẽ vir fortis ⁊ diues: ſed leproſus. Porro de ſyria egreſſi fuerãt latrũculi/ ⁊ captiuã duxerãt de terra iſrael puellã paruulã: q̃ erat in obſequio vxorꝫ naaman. Que ait ad dñam ſuã. Utinã fuiſſet dñs meꝰ ad ꝓphetã qui eſt ĩ ſamaria: ꝑfecto curaſſet eum a lepra quã habet. Ingreſſus eſt itaqꝫ naamã ad dñm ſuũ: ⁊ nũciauit ei dicẽs Sic ⁊ ſic locuta eſt puella: de terra iſrael. Dixitqꝫ ei rex ſyrie. Uade/ et mittã litteras ad regẽ iſrael. Qui cũ ꝑfectꝰ eſſet ⁊ tuliſſet ſecũ decem talẽta argẽti: ⁊ ſex milia aureos et decẽ mutatoria veſtimentoꝝ/ detulit litteras ad regẽ iſrael ĩ hec v̾ba Cũ acceperis epiſtolã hãc: ſcito ꝙ miſeri ad te naamã ſeruũ meuz vt cures eũ a lepra ſua. Cumqꝫ legiſſet rex iſrael lr̃as: ſcidit veſtimẽta ſua ⁊ ait. Nũquid deus ego ſum vt occidere poſſim ⁊ viuificare: qꝛ iſte miſit ad me vt curẽ hominem a lepra ſua? Aiaduertite ⁊ videte: q̃t occacaſiões q̃rat aduerſũ me. Qđ cum audiſſet helyſeus vir dei ſcidiſſe videlicet regẽ iſrael veſtimenta ſua: miſit ad eum dicẽs. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Ueniat ad me: et ſciat prophetã eſſe in iſrael. Uenit ergo naamã cũ eq̃s ⁊ curribus: ⁊ ſtetit ad oſtium domꝰ helyſei. Miſitqꝫ ad eũ helyſeꝰ nunciũ: dicẽs. Uade/ ⁊ lauare ſepties in iordane: ⁊ recipiet ſanitatem caro tua/ atqꝫ mũdaberis. Iratuſqꝫ naaman: recedebat dicẽs. Putabã ꝙ egrederet ad me: et ſtans inuocaret nomẽ domini dei ſui/ et tangeret manu ſua locũ lepre ⁊ curaret me. Nũquid nõ meliores ſunt abana ⁊ pharfar fluuij damaſci/ oĩbus aq̃s iſrael vt lauer ĩ eis ⁊ munder? Cũ ergo vertiſſet ſe ⁊ abiret ĩdignãs. acceſſerunt ad eũ ſerui ſui ⁊ locuti ſũt ei. Pat̾ ⁊ ſi rẽ grãdẽ dixiſſet tibi propheta: certe facere debueras. Quãtomagis qꝛ nũc dixit tibi: lauare ⁊ mũdaberis? Deſcẽdit ⁊ lauit ĩ iordane ſepties iuxta ſermonẽ viri dei: ⁊ reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli/ ⁊ mũdatꝰ ẽ a lepra. Reuerſuſqꝫ ad virũ dei cũ vniuerſo comitatu ſuo: venit ⁊ ſtetit corã eo: ⁊ ait Uere ſcio: ꝙ nõ ſit aliꝰ deꝰ in vniuerſa t̾ra/ niſi tantũ dñs deꝰ iſrael.

Gr. Deꝰ vitã meam nũciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in cõſpectu tuo. ℣. Miſerere michi domine qm̃ conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Tractus.

DOmine non ſcđm pctã nr̃a q̃ fecimꝰ nos/ neqꝫ ſcđm iniq̃tates nr̃as retribuas nobꝫ. ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ noſtrarum antiquaꝝ/ cito anticipent nos mĩe tue/ qꝛ pauꝑes facti ſumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dr̃ ℣. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter/ ⁊ propter gl̃iam nõis tui dñe libera nos/ ⁊ propiciꝰ eſto pctĩs noſtris ꝓpter nomẽ tuum. Scđm lucam. iiij.

IN illo tp̃e: Dixerũt pharisei ad ieſũ. Quãta audiuimꝰ facta ĩ capharnaũ: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aũt. Amẽ dico vobis: qꝛ nemo ꝓpheta acceptꝰ eſt ĩ patria ſua In veritate dico vobꝫ: multe vidue erãt in diebꝰ helye in iſrael quãdo clauſũ eſt celũ annis tribꝰ ⁊ mẽſibꝰ ſex/ cũ facta eſſet fames magna in oĩ terra. Et ad nullã illaꝝ miſſꝰ ẽ helyas niſi in ſareptam ſydonie ad mulierem viduã. Et multi leproſi erant in iſrael ſub helyſeo ꝓpheta et nemo eoꝝ mūdatꝰ ē niſi naamā ſyrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira: hec audientes. Et ſurrexerunt: ⁊ eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxerunt illum vſqꝫ ad ſupercilium montis / ſuper quem ciuitas illoꝝ erat edificata / vt precipitarent eum. Ipſe autem tranſiens: per medium illoꝝ ibat. Off.

Exaudi deus orationē meam et ne deſpexeris deprecationē meā: intēde in me ⁊ exaudi me. V. Cōturbatus ſum a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris / ⁊ expectabā eum qui ſaluum me faceret. Secreta.

MUnꝰ qđ tibi dn̄e nr̄e ſeruitutis offerimꝰ: tu ſalutare nobis ꝑfice ſacramentū. Ꝑ do. Cōio.

Quis dabit ex ſyō ſalutare iſrł: cū auerterit dn̄s captiuitatē plebꝫ ſue exultabit iacob ⁊ letabit iſrł. Pꝰ cō.

PReſta q̄s omp̄s ⁊ miſericors deus: vt q̄ ore ꝯtigimꝰ / pura mēte capiamꝰ. Ꝑ dn̄m. Sup ppł̄m.

Humiliate capita veſtra deo. Or.

SUbueniat nobis q̄s dn̄e mīa tua: vt ab imminentibus peccatorum noſtrorū periculis te mereamur protegente eripi / te liberante ſaluari. Per dominū.

¶ Feria tercia. Ad miſſam. Officium.

EGo clamaui qm̄ exaudiſti me deꝰ inclina aurem tuaꝫ et exaudi verba mea: cuſtodi me domine vt pupillam oculi ſub vmbra alarum tuarū ꝓtege me. Ps. Exaudi dn̄e iuſticiam meā: itēde dp̄cationē meā. Oremꝰ. Flectamus genua leuate. Oratio

EXaudi nos omnipotens ⁊ miſericors deꝰ: ꝯtinētie ſalutaris ꝓpiciꝰ nobis dona cōcede. Per do. Lectio libri regum. iiij. iiij.

IN diebus illis: Mulier quedam clamabat ad helyſeum prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt: ⁊ tu noſti qr ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiendū ſibi. Cui dixit helyſeus. Quid vis vt faciaꝫ tibi? Dic michi quid habes ī domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea: niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade / et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca: et ingredere domum tuam / et claude oſtium cum intrinſecus fueris tu ⁊ filij tui. Et mitte inde ī omnia vaſa hec: et cum plena fuerint tolles. Fuit itaqꝫ mulier: et clauſit oſtium ſuper ſe / et ſuper filios ſuos. Illi offerebant vaſa: et illa infundebat. Cūqꝫ plena fuiſſent vaſa: dixit ad filium ſuum Affer michi adhuc vas. Et ille reſpondit. Non habeo Stetitqꝫ oleum. Venit autē illa: et indicauit homini dei Et ille Vade (inquit) et vēde oleum: ⁊ redde creditori tuo Tu autem et filij tui: viuite de reliquo. Grad. Ab occultis meis mūda me dn̄e: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. V. Si mei nō fuerint dominati tunc immaculatus ero: ⁊ emundabor a delicto maximo. Secundum matheum. xviij.

IN illo tp̄e: Reſpiciēs ieſus ī diſcipulos ſuos: dixit ſymoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipſuꝫ ſolum. Si te audierit: lucratꝰ eris fratrē tuū. Si autē te nō audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos / vt ī ore duorum / vel triū teſtiū ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſie. Si autem eccleſiā non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: q̄cunqꝫ alligaueritis ſup terrā erūt ligata et ī celo Et quecūqꝫ ſol neritis ſuper terram: erunt ſoluta et in celo. Iterũ dico vobis / quia ſi duo ex vobis ꝯſenſerint ſup̄ terrã de omni re quãcũq; petierint: fiet illis a patre meo q̄ eſt in celis. Ubi enĩ ſũt duo vel tres ꝯgregati in nomine meo: ibi ſũ in medio eoꝝ. Tũc accedẽs petr⁹ ad eũ: dixit. Dñe / q̄tiẽs peccabit in me frater me⁹: ⁊ dimittam ei vſq; ſepties? Dixit illi ieſus. Non dico tibi vſq; ſepties: ſed vſq; ſeptuageſies ſepties. Offer. Dextera dñi fecit virtutem dextera domini exaltauit me / non moriar ſed viuã ⁊ narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dñm / et exaudiuit me in latitudine quoniã dñs adiutor meus eſt. Secreta

Per hec veniat q̄s domine ſacramenta noſtre redemptionis effectus: qui nos ⁊ ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: et ad ſalutaria cuncta perducat. Per.

Cõio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in mõte ſctõ tuo / qui ĩgreditur ſine macula ⁊ operat̃ iuſticiã. Poſtcõ.

Sacris dñe myſterijs expiati: ⁊ veniã queſumus ꝯſequamur et gratiam. Per. Super populum

Hũiliate capita veſtra deo. Oro.

Tua nos domine protectione defende: ⁊ ab omni ſemꝑ iniquitate cuſtodi. Per dominum noſtrum ieſũ chriſtum filiũ tuũ. Qui.

¶ Feria quarta. Ad miſſã Offm.

Ego autem in domino ſperaui: exultabo et letabor in tua miſericordia quia reſpexiſti humilitatẽ meam. Ps. In te domine ſperaui non confundar in eternum: in iuſticia tua libera me. Gloria patri. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Preſta nobis dñe: vt ſalutarib⁹ ieiunijs eruditi: a noxijs quoq; vicijs abſtinentes: propiciationẽ tuã facilius impetremus. Per dñm.

¶ Lectio libri exodi. xx.

Hec dicit dñs de⁹. Honora patrẽ tuum ⁊ matrem tuam: vt ſis longeuus ſup̄ terrã / quã dñs deus tu⁹ dabit tibi. Nõ occides / non mechaberis / nõ furtũ facies: nõ loqueris ꝯtra proximum tuũ falſum teſtimoniũ. Non cõcupiſces domũ proximi tui / nec deſiderabis vxorẽ eius: non ſeruum / nõ ancillã / non bouem / nõ aſinum / nec omnia que illius ſunt. Cunctus autẽ popul⁹ audiebat voces / ⁊ videbat lampades: ⁊ ſonitum buccine / montemq; fumigãtem. Et perterriti ac pauore percuſſi: ſteterũt procul dicẽtes moyſi: Loquere tu nobis: ⁊ audiemus. Non loquatur nobis domin⁹: ne forte moriamur. Et ait moyſes ad populũ. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: ⁊ vt terror illius eſſet in vobis ⁊ nõ peccaretis. Stetitq; populus de longe: moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq; p̄terea dominus ad moyſem Hec dices filijs iſrael. Uos vidiſtis q̄ de celo: locutus ſum vobis. Non facietis deos argẽteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi / et offeretis ſuper illud olocauſta: et pacifica veſtra. Oues veſtras: ⁊ boues in omni loco: in quo memoria fuerit nominis mei. Gr. Miſerere michi dñe qm̃ infirmus ſum ſana me dñe. ℣. Cõturbata ſunt oĩa oſſa mea: ⁊ anima mea turbata eſt valde. Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me dñe vide humilitatẽ meã et laborẽ meum ⁊ dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad te dñe leuaui aĩam meam: deus me⁹ in te cõfido nõ erubeſcã / neq; irrideant me inimici mei.

℣. Etenī vniuerſi qui te expectant nō confundētur: ꝯfundātur oēs facientes vana. Scđm matheum. xv

IN illo tpe: Acceſſerūt ad ieſū ab hieroſolimis ſcribe et phariſei: dicētes Quare diſcipli tui trāſgrediūtur traditiones ſenioꝝ? Nō eni lauāt manꝰ ſuas: cū panē manducāt. Ipſe aūt reſpōdēs: ait illis Quare ⁊ vos trāſgredimini mādatū dei: ꝓpter traditionē vr̄am? Nā deꝰ dixit. Honoꝛa patrē: et matrē. Et qui maledixerit patri vel matri moꝛte moꝛiatur. Uos aūt dicitis: quicūq̧ dixerit patri vel matri munus quodcūq̧ eſt ex me tibi ꝓderit et nō honoꝛificabit patrē ſuū ⁊ matrē ſuā. Et irritum feciſtis mandatum dei: propter traditionē veſtrā Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis yſaias pꝛopheta/ dicēs. Populus hic labijs me honoꝛat: coꝛ autē coꝛum longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt me: docentes doctrinas ac mādata hominum. Et conuocatis ad ſe turbis: dixit eis. Audite ⁊ intelligite. Non quod itrat in os coinquinat hominem: ſed quod pꝛocedit ex oꝛe/ hoc coinquinat hominem. Tunc accedētes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis quia phariſei audito hoc verbo: ſcandalizati ſunt. At ille reſpondēs: ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt/ duces cecoꝛum Cecus autē ſi ceco ducatum pꝛeſtet ambo in foueam cadunt. Reſpondēs aūt petrꝰ: dixit ei. Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in vētrem vadit ⁊ in ſeceſſum emittitur. Que autem pꝛocedunt de oꝛe de coꝛde exeunt: et ea coinquinant hominem. De coꝛde enim exeūt cogitationes male: homicidia/ adulteria/ foꝛnicationes/ furta/ falſa teſtionia/ blaſphemie. Hec ſunt: que coinquināt hominē. Non lotis autē manibus māducare: non coinquinat hominē. Offr̄. Domine fac mecum miam tuā propter nomē tuum: qꝛ ſuauis eſt miſericoꝛdia tua. ℣. Deus laudē meam ne tacueris: qꝛ os peccatoꝛis ⁊ os doloſi ſuper me apertū eſt. Secreta.

SUſcipe queſumꝰ domine pꝛeces populi tui cū oblationibꝰ hoſtiarū: ⁊ tua myſteria celebꝛātes ab omnibus nos defende periculis. Per dn̄m. Cōio. Notas michi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo dn̄e. Poſtcōio.

SAnctificet nos q̄s domine qua paſti ſumus menſa celeſtis: ⁊ a cunctis erroꝛibus expiatos: ſupnis ꝓmiſſionibꝰ reddat acceptos. Per dn̄m. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

COncede q̄s oīpotēs deus: vt qui ꝓtectionis tue grām querimus: liberati a malis oībus/ ſecura tibi mēte ſeruiamus. Per do.

¶ Feria quinta. Ad miſſam. Offm̄.

SAlus populi ego ſū dicit dominꝰ: de quacūq̧ tribulatione clamauerit ad me exaudiā eos ⁊ ero illoꝝ dn̄s in ꝑpetuū. Ps. Attēdite popule meꝰ legem meā: īclinate aurē veſtrā ī verba oꝛis mei. Gloꝛia pr̄i. Oꝛemus. Flectamus genua leuate. Oꝛatio.

COncede q̄s oīpotēs deus: vt ieiunioꝝ nobis ſctā deuotio: et purificationē tribuat et maieſtati tue nos reddat acceptos. P dn̄z.

¶ Lectio hieremie pꝛophete. vij.

IN diebus illis: Factus eſt ſermo domini ad me dicēs. Sta in poꝛta domꝰ dn̄i: ⁊ pꝛedica ibi verbum iſtud/ ⁊ dic. Audite verbū dn̄i oīs iuda: q̄ igredimini p̄ portas has vt adoretis dominū. Hec dicit dominꝰ exercituū deꝰ iſrl. Bonas facite vias vr̄as ⁊ ſtudia vr̄a: ⁊ hītabo vobiſcū in loco iſto. Nolite cōfidere i ꝟbis mēdacij dicētes: tēplū domini / tēplū domini / tēplū domini ē. Qm̄ ſi benedixeritis vias vr̄as ⁊ ſtudia vr̄a: ſi feceritis iudiciū inter virū ⁊ pximū eiꝰ: aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue nō feceritis calūniā / nec ſāguinē innocentē effuderitis in loco hoc. Et poſt deos alienos non ābulaueritis in malū vobiſmetipſis: hītabo vobiſcū in loco iſto / in terra quā dedi pr̄ibus vr̄is / a ſeculo ⁊ i ſeculū. Dicit dominꝰ: oīpotēs. Gr. Oculi oīz in te ſperāt domine: ⁊ tu das illis eſcā in tēpore oportuno. vſ. Aperis tu manū tuā: ⁊ imples oē aīal benedictione. ¶ Secundum iohānē. vi

IN illo tēpore: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Operamini nō cibum qui perit: ſed qui pmanet in vitā eternā / quā filiꝰ hoīs dabit vobis. Hunc enim pater: ſignauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus: vt operemur opera dei? Reſpondit ieſus: ⁊ dixit eis. Hoc ē opus dei: vt credatis in eū quē miſit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignum: vt videamus ⁊ credamꝰ tibi? Quid operaris? Patres noſtri māducauerunt māna in deſerto (ſicut ſcriptum eſt) Panem de celo: dedit eis māducare. Dixit ergo eis ieſus. Amen amē dico vobis: non moyſes dedit vobis panē de celo / ſed pater meus dat vobis panē de celo verum. Panis eni dei eſt qui deſcēdit de celo: ⁊ dat vitam mundo. Dixerūt ergo ad eum. Domine ſemꝑ da nobis hūc panē. Dixit autē eis ieſus. Ego ſum panis vite. Qui venit ad me: non eſuriet Et qui credit in me: non ſitiet vnq̄

Offr. Si ābulauero in medio tribulationis viuificabis me domie: ⁊ ſuꝑ irā inimicoꝝ meorū extēdes manū tuā: ⁊ ſaluū me fecit dextera tua V. In quacunq̄ die inuocauero te exaudi me domine: multiplicabis i anima mea virtutē tuā. Secreta.

HAc nos domie q̄ſumus ad ſācta myſteria purificatis mētibus accedere: vt tibi ſēꝑ ꝯpetēs deferamꝰ obſequiū. P. Coio. Tu mādaſti mādata tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigātur vie mee ad cuſtodiēdas iuſtificatiōes tuas. Poſtcō.

SAcramēti tui domie venerāda pceptio: ⁊ myſtico nos mūdet effectu: ⁊ ppetua virtute defēdat P. Sup ppl'm Oremus. Humiliate.

SVbiectū tibi ppl'm q̄ſumꝰ domine ppiciatio celeſtis āplificet: ⁊ tuis ſēꝑ faciat ſeruire mādatis. P. ¶ Feria. vi. Ad miſſā Offi.

FAc mecū domie ſignū in bonū vt videāt qui me oderūt ⁊ cōfūdant q̄m tu domine adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me. p. Inclina domie aurē tuā ⁊ exaudi me: q̄m inops et pauꝑ ſū ego. Oremꝰ. Flectamus ge. le. Oratio.

IEiunia noſtra queſumus domine benigno fauore proſeq̄re: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: ita a vicijs ieiunemus in mēte. Per dominū noſtrū.

¶ Lectio libri numeri. xx. ca.

IN diebus illis: Conuenerūt filij iſrael aduerſum moyſen ⁊ aaron: ⁊ ꝟſi in ſeditionē dixerūt. Date nobis aquā: vt bibamus. Ingreſſiq̄ moyſes ⁊ aarō dimiſſa multitudine ante tabernaculum federis: corruerunt proni in terrā / clamaueruntq̄ ad dominum / atq̄ dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: et aperi eis theſaurū tuū fōtē aque viue/ vt ſaciati ceſſet murmuratio eoꝝ. Et apparuit glʾa dn̄i ſup eos Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſē dicēs. Tolle virgā ⁊ ꝯgrega populū tu ⁊ aaron frater tuus: ⁊ loquimini ad petrā coꝛã eis/ ⁊ illa dabit aquas. Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet oīs multitudo ⁊ iumēta ei⁹. Tulit igiť moyſes virgā que erat in cōſpectu domini ſicut pꝛeceperat ei: ꝯgregataqꝫ omni multitudine ante petrā/ dixit eis. Audite rebelles: ⁊ increduli Nun de petra hac vobis aquā poterim⁹ eijcere? Cūqꝫ eleuaſſet moyſes manū ꝑcutiēs virga bis ſilicē: egreſſe ſunt aque largiſſime/ ita vt populus biberet ⁊ iumēta. Dixitqꝫ dominus ad moyſē ⁊ aaron. Quia non credidiſtis michi vt ſãctificaretis me coꝛã filijs iſrael: non itroducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Hec ē aqua contradictionis: vbi iurgati ſunt filij iſrael cōtra dominum: ⁊ ſanctificatus eſt in eis. Gr. In deo ſperauit coꝛ meum ⁊ adiutus ſū ⁊ refloꝛuit caro mea/ ⁊ ex voluntate mea confiteboꝛ illi. V. Ad te domīe clamabo de⁹ me⁹ ne ſileas a me/ ne diſcedas a me. Tr.

DOmīe nō ſcđm pctã nr̄a q̄ fecimus nos neqꝫ ſcđm iniq̄tates nr̄as retribuas nob̄. V. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nr̄aꝝ antiq̄ꝝ/ cito ãticipēt nos mīe tue qꝛ paupes facti ſum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dicitur V. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄ ⁊ pꝛopter gloꝛiã nominis tui domine libera nos/ ⁊ pꝛopicius eſto pctis noſtris pꝛopter nomē tuū. Secundum iohannē. iiij.

IN illo tēpoꝛe: Venit ieſus in ciuitatem Samarie que dicitur ſychar: iuxta pꝛedium quod dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi: fons Jacob. Jeſus ergo fatigatus ex itinere: ſedebat ſic ſuper fontem. Hoꝛa autē erat: quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria: haurire aquam. Dixit ei ieſus. Da michi bibere. Diſcipuli eni ei⁹ abierãt in ciuitatem: vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa: ſamaritana. Quomodo tu iudeus cum ſis: bibere a me poſcis que ſum mulier ſamaritana? Non enim coutuntur Judei ſamaritanis. Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Si ſcires donum dei/ et quis eſt qui dicit tibi da michi bibere: tu foꝛſitan petiſſes ab eo/ et dediſſet tibi aquã viuam. Dixit ei mulier. Domine/ neqꝫ in quo haurias habes: et puteus altus eſt. Unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maioꝛ es patre noſtro Jacob qui dedit nobis puteum: et ipſe ex eo bibit et filij eius/ et pecoꝛa eius? Reſpondit Jeſus: et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac: ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non ſitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternam. Dixit ad eum mulier. Domine/ da michi hanc aquam/ vt nō ſitiam: neqꝫ veniam huc haurire. Dixit ei Jeſus. Uade voca virum tuum: et veni huc. Reſpondit ei mulier: et dixit. Non habeo virum. Dixit ei Jeſus. Bene dixiſti: quia non habeo virum. Quinqꝫ enim viros habuiſti: et nunc quem habes non eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dixit ei mulier Domine/ video quia pꝛopheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adoꝛauerũt: ⁊ vos dicitis/ quia hyeroſolymis eſt locus vbi adoꝛare opoꝛtet. Dixit ei Jeſus. Mulier/ crede michi: quia veniet hoꝛa quando neqꝫ in monte hoc/ neqꝫ in hieroſolymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus/ quia ſalus ex iudeis eſt. Sed venit hora ⁊ nunc eſt: quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus eſt deus/ ⁊ eos qui adorāt eum in ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio/ quia meſſias venit: qui dicitur chriſtus. Cū ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit ei ieſus. Ego ſum qui loquor tecum. Et continuo venerunt diſcipuli eius: ⁊ mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamē dixit ei. Quid q̄ris aut quid loq̄ris cum ea? Reliquit ergo hydriam ſuam mulier: ⁊ abijt in ciuitatē/ ⁊ dixit illis hominib⁹. Venite/ ⁊ videte hominē: qui dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Nunquid ipſe eſt chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate: ⁊ veniebāt ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli: dicentes. Rabbi manduca. Ille autē dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicē. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis ieſus. Meus cibus eſt/ vt faciam voluntatē eius qui miſit me: vt ꝑficiam opus eius. Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quattuor menſes ſunt: et meſſis venit? Ecce dico vobis leuate oculos veſtros ⁊ videte regiones: qꝛ albe ſunt iam ad meſſem. Et qui metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructum in vitam eternam. Vt et qui ſeminat ſimul gaudeat: ⁊ qui metit. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat/ et alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere: quod non laboraſtis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum ſamaritanorum: ꝓpter verbum mulieris teſtimonium perhibentis/ quia dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Cum veniſſet ergo ad illum ſamaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multoplures crediderunt in eum propter ſermonem eius: et mulieri dicebāt/ quia iam non propter tuam loquelam credim⁹. Ipſi enim audiuimus ⁊ ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mundi. Off. Intēde voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus/ quoniā ad te orabo domīe. V⁹. Verba mea auribus percipe domine/ intellige clamorē meum/ et exaudi me. Secreta.

Reſpice domine ꝓpicius ad munera que ſacramus/ vt ⁊ tibi grata ſint/ ⁊ nobis ſalutaria ſemper exiſtāt. Per do. Cōio. Qui biberit aquam quā ego do dicit dn̄s ſamaritane: fiet in eo fons aque ſalientis in vitā eternam. Poſtcōio.

Huius nos domine ꝑceptio ſacramēti mundet a crimine: et ad celeſtia regna perducat. Per dominū. Super populum Oremus. Humiliate capita vr̄a deo. Oratio.

Preſta queſumus omnipotēs deus/ vt qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduerſantia te adiuuāte vincamus. Per dominum. ¶ Sabbato. Officium.

Verba mea aurib⁹ ꝑcipe domine/ intellige clamorē meum: intēde voci orationis mee. ps Rex meus: ⁊ deus meus. Gloria patri. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio.

Preſta q̄s omnipotēs de⁹/ vt qui ſe affligēdo carnē ab alimentis abſtinēt: ſectādo iuſticiam a culpa ieiunent. Per dominum.

¶ Lectio danielis prophete. xiij.

¶ Sciēdum eſt q̄ i oī feſto cū reg. cho. ab oc. paſc. vſqꝫ ad aſcen. do. ſm Allā. erit vnum de ſupſcriptis: dictis q̄bꝰ reincipiātur: ⁊ ſūt noue in numero Allā. V. Mane nobiſcum dñe qꝛ declinata eſt iam dies ad ve ſpecꝫ. Allã. v⁹ Opoꝛtebat pati xp̃m et reſurgere a moꝛtuis: ⁊ ita intrare in gl̃iã ſuã. Allã. v. Xp̃s reſurgẽs ex moꝛtuis iã nõ moꝛit̃: moꝛs illi vltra nõ dñabit̃. Allã. v. Surrexit altiſſimus de ſepulchꝛo: q̃ pꝛo nobis pependit i ligno. Allã. v. Surrexit xp̃s et illuxit pp̃lo ſuo: quẽ redemit ip̃e de ſãguine ſuo. Allã. v. Xp̃s moꝛtu⁹ ẽ ꝓpter delicta nr̃a: ⁊ ſurrexit ꝓpt̃ iuſtificationẽ nr̃am. Allã. v. Surgẽs ieſ⁹ dñs nr̃ ſtetit i medio diſcipuloꝝ ſuoꝛum et dixit pax vobis. Allã. v. Surrexit dñs ⁊ occurrens mulieribus ait auete. tũc acceſſerũt ⁊ tenuerunt pedes eius. Allã. v. In die reſurrectionis mee dicit dñs p̃cedam vos i galileã. Si i hac dñica vel in ſequẽtib⁹ fiat ſeruitiũ de aliquo feſto cũ regĩe choꝛi tũc ad miſſã ſcd̃m Allã. nõ erit de dñica/ ſed vnũ erit de nouẽ p̃dictis per oꝛdinẽ. ¶ Dñica ſcd̃a poſt paſcha/ hac die et oĩb⁹ dñicis dieb⁹ vſq; ad aſceñ. dñi dicitur miſſa de reſurrectione ſicut i die paſche p̃ter Sp̃. et Cõicantes. et Hanc igitur. ſꝫ nulla fiat memoꝛia de dñica. ad miſſam de reſurrectione. et ſemper dicit̃ ſequẽ. Victime paſchali. Et ſi feſtum alicuius ſcĩ cum regĩe choꝛi in dñica euenerit: tunc de ſcõ dicitur miſſa. et memoria de reſurre. ſed non de dominica. ¶ Notãdũ eſt q̃ i omnib⁹ dñicis a paſcha vſq; ad aſceſſionẽ erit primũ Allã. v⁹. Paſcha noſtrum. et ſcd̃m Allã. de ſua dñica ſꝫ quod plus facit mẽtionẽ de reſur. quod ẽ vltimũ. Et ſemꝑ infra p̃dictum tp̃s de quocunq; dr̃ miſſa/ fiat memoꝛia de reſur. cum hac oꝛõe. Deus qui per vnigenitũ. niſi in inuẽtione ſcẽ crucis. Miſſa vero dominicalis ꝑ ebdõ. dr̃ cum p̃fatiõe quotid. Et ſi nulla feria per ebd. vacauerit a feſto tũc in dñica in capitulo dicit̃ miſſa dñicalis ebdo. ſecunde. Officium.

Miſericoꝛdia domini plena eſt terra alleluya. verbo dei celi firmati ſunt allã allã. Ps. Exultate iuſti i domino: rectos decet collaudatio. Oꝛatio.

Deus q̃ i filii tui hũilitate iacentẽ mũdũ erexiſti: fidelib⁹ tuis ꝑpetuã ꝯcede leticiã: vt quos ꝑpetue moꝛtis eripuiſti caſib⁹: gaudijs facias ſempiternis ꝑfrui. Per eũdẽ dñm. Lectio ep̃le beati petri ap̃li. i. ij. ca.

Chariſſimi: Xp̃s paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquẽs exẽpliũ: vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuẽt⁹ eſt dol⁹ i oꝛe ei⁹. Qui cũ malediceret̃: non maledicebat. Cũ pateret̃: nõ ꝯminabat̃. Tradebat aũt iudicãti ſe iniuſte q̃ peccã nr̃a ip̃e ꝑtulit i coꝛpoꝛe ſuo ſuper lignũ: vt peccatis moꝛtui iuſticie viuamus cuius liuoꝛe ſanati eſtis. Eratis enĩ ſicut oues errãtes: ſꝫ ꝯuerſi eſtis nũc ad paſtoꝛẽ ⁊ ep̃m: aĩaꝝ veſtrarum. Allã. v⁹. Ego ſum paſtoꝛ bonus ⁊ cognoſco oues meas ⁊ cognoſcunt me mee. Allã. v. Surrexit paſtoꝛ bonus qui poſuit aĩam ſuã pꝛo grege ſuo. Scd̃m iohãnem. x. capi.

In illo tempoꝛe. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtoꝛ bonus. Bonus paſtoꝛ animã ſuam dat pꝛo ouibus ſuis. Mercenarius aũt ⁊ qui nõ eſt paſtoꝛ/ cui⁹ nõ ſunt oues pꝛopꝛie: videt lupum venientẽ/ et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: ⁊ diſpergit oues. Mercenarius autẽ fugit q2 mercenarius eſt: et nõ pertinet ad eũ de ouib⁹. Ego ſũ paſtoꝛ bonus. Et cognoſco oues meas: et cognoſcunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnoſco patrem. Et animam meã pono: ꝓ ouibus meis. Et alias oues habeo que nõ ſũt ex hac ouili: ⁊ illas opoꝛtet me adducere ⁊ vocem meã audi ent. Et fiet vnum ouile: ⁊ vnus paſtoꝛ. Offer. Deus meus ad te de luce vigilo et in noīe tuo leuabo manus meas alleluya. Secreta.

Benedictionē nobis dñe cōferat ſalutarē ſacra ſēp oblatio vt qđ agit myſterio virtute pficiat. P dñ. Cō. Ego ſū paſtoꝛ bonꝰ allā: ⁊ cognoſco oues meas ⁊ cognoſcūt me mee allā allā. Poſtcommunio.

Preſta nobꝫ oīps ⁊ miſericoꝛs deꝰ: vt viuificatiōis tue grām ꝯſequētes: ī tuo ſēp munere gloꝛiemur. P dñ. ¶ Feria quarta Lectio epyſtole btī petri apoſtoli. i. i. capi.

Chariſſimi: Scientes φ nō coꝛruptibilibꝰ argento vel auro redēpti eſtis de vana veſtra ꝯuerſatiōe paterne traditiōis: ſed pcioſo ſāguine quaſi agni icōtaminati ⁊ īmaculati xpi. Pꝛecogniti qđē āte mūdi ꝯſtitutionē: manifeſtati aūt nouiſſimis tpibꝰ ppter vos q per ipſū fideles eſtis in deū. Qui ſuſcitauit eum a moꝛtuis ⁊ dedit ei gloꝛiā vt fides veſtra et ſpes eſſet in deo. Animas veſtras caſtificātes: in obedientia caritatis ī fraternitatis amore ſimplici ex coꝛde attentius inuicem diligite/ renati non ex ſemine coꝛruptibili ſed incoꝛruptibili/ per verbum dei viui ⁊ permanētis. Qꝛ omnis caro vt fenum: ⁊ omnis gloria eius tāq̄ flos feni. Exaruit enī fenum: et flos eius decidit. Verbū autem domini: manet in eternum. Secundum lucam. xxiiij. capitulo.

In illo tpe: Una ſabbati valde diluculo venerūt mulieres ad monumētū: poꝛtātes que parauerāt aromata. Et inuenerunt reuolutū lapidē a monumento: ⁊ ingreſſe nō inuenerunt coꝛpꝰ dñi ieſu. Et factū eſt dū mēte cōſternate eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt iuxta illas in veſte fulgenti. Cum timerēt autē et declinarent vultū in terram dixerunt ad illas. Quid qritis viuētē cū moꝛtuis? Nō eſt hic: ſed ſurrexit. Recoꝛdamini qualiter locutus eſt vobis: cū adhuc in galilea eſſet dicens. Quia opoꝛtet filium hominis tradi ī manꝰ hoīm pctōꝝ ⁊ crucifigi: et tercia die reſurgere. Et rememoꝛate ſunt verboꝛum eius: et regreſſe a monumento nunciauerunt hec omnia illis vndecim et ceteris oībus. Erat aūt maria magdalene ⁊ iohanna ⁊ maria iacobi: ⁊ cetere que cum eis erāt q dicebant ad apoſtolos hec. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramēta verba iſta: et non credebāt illis. Petrus aūt ſurgēs cucurrit ad monumētum: ⁊ pcūbēs vidit lintheamina ſola poſita. Et abijt ſecū mirās: qđ factum fuerat. ¶ Fer. vi. Ad romanos. v.

Fratres: Sicut per vnīꝰ delictū ī oēs hoīes in ꝯdēnationē ſic ⁊ per vnius iuſticiā ī omnes homines in iuſtificationem vite. Sicut enim per inobedientiam vniꝰ hominis peccatoꝛes cōſtituti ſūt multi: ita ⁊ per vnius obedientiam/ iuſti ꝯſtituentur multi. Lex aūt ſubintrauit: vt abundaret delictū. Ubi autē abūdauit delictum: ſupabundauit et gratia. Ut ſicut regnauit peccatum in moꝛtem: ita et gratia regnet per iuſticiam in vitam eternā. Per ieſum chꝛiſtum: dominum noſtrum. Secundum matheum. ix. c.

In illo tpe: Acceſſerūt ad ieſū diſcipuli iohis dicētes. Quare nos ⁊ pharisei ieiunamꝰ frequēter: diſcipuli aūt tui nō ieiunāt? Et ait illis ieſꝰ. Nunqđ poſſūt filij ſpōſi lugere: qdiu cū illis eſt ſpōſus? Venient aūt dies cum auferetur ab eis ſponſus: et tunc ieiunabūt. Nemo autem immittit commiſſuram pāni rudis: in veſtimentū vetus. Tol ſet enim plenitudinē eiꝰ a veſtimēto: et peioꝛ ſciſſura fit. Neqȝ mittūt vinum nouū: in vtres veteres. Alioquin rumpūtur vtres ꝛ vinū effūditur: ꝛ vtres pereunt. Sed vinum nouū in vtres nouos mittūt: ꝛ ambo conſeruantur. ¶ Miſſa dominicalis ebdomade tercie. Officium.

Iubilate deo omnis terra allā: pſalmū dicite nomini eius allā date gloꝛiam laudi eius allā allā allā. ℣. Dicite deo ꝙ̄ terribilia ſūt opa tua dn̄e: i multitudīe virtutis tue. Or.

Deus qui errātibꝰ vt i viā poſſint redire iuſticie veritatis tue lumē oſtēdis: da cūctis qui xp̄iana pfeſſione cēſentur: ꝛ illa reſpuere que huic inimica ſunt nomini: et ea que ſunt apta ſectari. Per dominū. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. i. ij.

Cariſſimi: Obſecro vos tanꝙ̄ aduenas ꝛ peregrinos: abſtinere vos a carnalibus deſiderijs q̄ militāt aduerſus animā. Cōuerſationē vr̄am inter gētes habētes bonā: vt in eo quod detractāt de vobꝫ tāꝙ̄ de malefactoꝛibꝰ ex bonis operibus vos ꝯſiderātes gloꝛificēt deū in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humane creature: ꝓpt deum. Siue regi quaſi precellenti: ſiue ducibus tāꝙ̄ ab eo miſſis ad vindictā malefactoꝝ/laudē vero bonorū. Qꝛ ſic eſt volūtas dei: vt bn̄facientes obmuteſcere faciatis iprudētiū hoim ignoꝛantiam. Quaſi liberi/ꝛ non quaſi velamē habētes malicie libertatē: ſed ſicut ſerui dei. Oēs honoꝛate: fraternitatē diligite. Deum timete: regem honoꝛificate. Serui ſubditi eſtote in oī timoꝛe dn̄is: nō tm̄ bonis ꝛ modeſtis/ ſꝫ etiā diſcolis. Hec eſt eni gr̄a. In xp̄o ieſu: domino nr̄o. Allā. ℣. Modicū ꝛ iā non videbitis me dicit dn̄s: iterū modicū ꝛ videbitis me: qꝛ vado ad patrē. Allā. ℣. Iterū aūt videbo vos ꝛ gaudebit coꝛ vr̄m: ꝛ gaudiū vr̄m nemo tollet a vobꝫ. Allā. ℣. Surrexit xp̄s qui creauit oīa ꝛ miſertꝰ ē humano gn̄i. In hac ebd. ad miſſā i diebꝰ ꝓ feſtis p̄mū Allā. ſcꝫ Modicū. dr̄ per totā ebd. loco qꝛ ꝛ alia duo dn̄r alternis vicibus i ferijs ꝛ i feſtis iij. l. qḋ etiā i ꝓxima ſequēti ebd. obſeruādum eſt. ¶ Scd̄m iohānem. xvj.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Modicum ꝛ iā nō videbitis me: ꝛ iterū modicum ꝛ videbitis me/qꝛ vado ad patrem. Dixerūt ergo diſcipuli eiꝰ ad inuicē Quid eſt hoc qḋ dicit nobis/modicum ꝛ non videbitis me: ꝛ iterū modicum ꝛ videbitis me/qꝛ vado ad patrem? Dicebāt ergo. Quid eſt hoc qḋ dicit modicū Neſcimus qd̄ loquitur. Cognouit aūt ieſus: qꝛ volebant eum interrogare/ꝛ dixit eis. De hoc queritis inter vos: qꝛ dixi modicum ꝛ nō videbitis me: ꝛ iterū modicum ꝛ videbitis me. Amē amē dico vobis: qꝛ plorabitis ꝛ flebitis vos/mundus aūt gaudebit. Vos autē cōtriſtabimini: ſed triſticia vr̄a vertetur in gaudiū Mulier cū parit triſticiā habet: qꝛ venit hoꝛa eius. Cum aūt peperit puerum: iā non meminit p̄ſſure ꝓpter gaudium/qꝛ natus eſt homo i mundum. Et vos igitur: nūc quidē triſticiā habetis. Iterū aūt videbo vos: ꝛ gaudebit coꝛ veſtrū. Et gaudium veſtrum: nemo tollet a vobꝫ. Offer. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dominum in vita mea/pſallam deo meo ꝙ̄diu ero alleluya. Secreta.

His nobꝫ q̄s dn̄e myſterijs cōferat: quo terrena deſideria mitigātes/ diſcamus amare celeſtia. P. Co. Modicū ꝛ nō videbitis me allā: iterum modicū ꝛ videbitis me qꝛ vado ad patrē allā allā. Dn̄ica.

REſpice q̃s dn̄e pp̄lm tuum: ⁊ quem eternis dignatus es renouare miſterijs: a tp̄alibus culpis dignāter abſolue. Per. Feria.iiij. Lectio epiſtole btī iohis apl̄i. i.ij.

CArissimi: Hec ſcribo vobis vt nō peccetis. Sꝫ ſi quis peccauerit: aduocatū habemꝰ apd̄ patrē ieſū xp̄m iuſtū / ⁊ ip̄e eſt ꝓpiciatio ꝓ pctīs nr̄is Nō ꝓ nr̄is aūt tm̄: ſꝫ etiā ꝓ totius mūdi. Et in hoc ſcimꝰ qm̄ cognouimus eum: ſi mādata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe eū et mādata eius nō cuſtodit: mēdax eſt ⁊ veritas in eo non. Qui aūt ſeruat verbum eius: vere in hoc caritas dei perfecta eſt. In hoc ſcimus: qm̄ in eo ſumus / ſi in ip̄o ꝑfecti fuerimus. Qui dicit ſe in ipſo manere: debet ſicut ille ābulauit ⁊ ip̄e ābulare. Cariſſimi / non mādatum nouum ſcribo vobis: ſed mandatum vetus qd̄ habuiſtis ab initio. Mādatum vetꝰ eſt: verbū qd̄ audiſtis. Iterum mādatum nouū ſcribo vobis: quod eſt verum ⁊ in ip̄o ⁊ in vobis. Qm̄ tenebꝛe tranſierunt: ⁊ lumē verum iā lucet. Per ieſum xp̄m dominū noſtrū. Scdm̄ iohānē.iij.

IN illo tp̄e: Facta ē q̄ſtio ex diſcipulis iohis: cū iudeis de purificatione. Et venerūt ad iohānē: et dixerunt ei. Rabbi / qui erat tecū trās ioꝛdanē / cui teſtimonū ꝑhibuiſti: ecce hic baptizat ⁊ oēs veniūt ad eū. Rn̄dit iohēs: ⁊ dixit. Nō pōt hō accipere quicq̄: niſi illi datum fuerit de celo. Ip̄i vos michi teſtimoniū ꝑhibetis / q̄ dixerī vobis qꝛ ego nō ſum xp̄s: ſed qꝛ miſſus ſum ante illum. Qui habet ſponſā: ſponſus eſt. Amicus autē ſpōſi qui ſtat ⁊ audit eum: gaudio gaudet ꝓpter vocē ſpōſi. Hoc ergo gaudium meū impletū eſt. Illū opoꝛtet creſcere: me autē minui. Qui de ſurſum venit: ſup oēs eſt. Qui eſt de terra / de terra eſt: ⁊ de terra loquit̄. Qui de celo venit: ſuper oēs eſt. Et quod vidit et audiuit hoc teſtat̄: et teſtimoniū eius nemo accipit. Qui autē accepit eius teſtimonium ſignauit: qꝛ deus verax eſt. Quē enim miſit deꝰ verba dei loquitur. Nō enī ad menſuram: dat deus ſp̄m. Pater diligit filiū: ⁊ omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium: habet vitam eternam. Qui autem incredulus ē filio: non videbit vitam: ſed ira dei manet ſuper eum. ¶ Feria ſexta. Ad theſſalonicenſes.v. capitulo.

FRatres: Omnes enī vos filij lucis eſtis: ⁊ filij diei. Non ſumus noctis: neq̄ tenebꝛarū. Igitur nō doꝛmiamꝰ ſicut ⁊ ceteri: ſed vigilemus ⁊ ſobꝛij ſimꝰ. Qui enī doꝛmiunt: nocte doꝛmiunt. Et qui ebꝛij ſunt nocte ebꝛij ſunt. Nos autē qui diei ſumꝰ ſobꝛij ſimus: induti loꝛicā fidei ⁊ caritatis / ⁊ galeā ſpē ſalutis. Qm̄ nō poſuit deꝰ nos i irā: ſꝫ in acquiſitionē ſalutis Per dn̄m noſtrū ieſū xp̄m q̄ moꝛtuꝰ ē ꝓ nobꝫ: vt ſiue vigilemꝰ ſiue doꝛmiamꝰ ſimul cū illo viuamꝰ. Propt̄ qd̄ ꝯſolamini inuicē: ⁊ edificate alterutrū. In xp̄o ieſu dn̄o nr̄o. Secūdum iohānē.xij.

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ego lux in mundū veni: vt omnis qui credit in me / in tenebꝛis nō maneat. Et ſi quis audierit verba mea ⁊ non cuſtodierit ea: ego non iudico eum. Nō enī veni vt iudicē mundum: ſed vt ſaluificem mundum. Qui ſpernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eū. Sermo quē locutus ſū: ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Qꝛ ego ex meip̄o nō ſum locutus: ſed qui miſit me pater / ip̄e michi mādatum dedit quid dicā / aut quid loquar. Et ſcio qꝛ mādatum eius:

vita eterna eſt. Que ergo ego loquor: ſicut dixit michi pater: ſic loquor. ¶ Miſſa dominicalis ebdo. quarte poſt paſcha. Officium.

Cantate dño cāticū nouum allā qꝛ mirabilia fecit dñs allā: añ conſpectū gētium reuelauit iuſticiā ſuā allā allā. ps. Saluauit ſibi dextera eiꝰ: et brachium ſanctum eius. Oratio.

Deus q̄ fideliū mētes vniꝰ efficis voluntatꝭ: da ꝑplis tuis id amare qđ p̄cipis / id deſiderare qđ ꝓmittis: vt inter mūdanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda / vbi vera ſunt gaudia. Per do. ¶ Lectio epyſtole beati iacobi apoſtoli. i. capi.

Cariſſimi: Omne datum optimū ⁊ oē donū perfectū deſurſū eſt / deſcēdens a p̄re luminū: apud quē non eſt trāſmutatio / nec viciſſitudinis obūbratio. Voluntarie enī genuit nos ꝟbo veritatis: vt ſimus initiū aliqđ creature eiꝰ. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autē oīs hō velox ad audiendū: tardꝰ aūt ad loquēdū / ⁊ tardꝰ ad irā. Ira enī viri: iuſticiā dei nō operatur. Propter qđ abiiciētes oēm immundiciam et abūdātiam malicie: in māſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. Quod poteſt ſaluare: aīas veſtras. Allā. ℣. Vado ad eum qui miſit me: ſꝫ qꝛ hec locutus ſum vobis triſticia impleuit cor veſtrum. Allā. ℣. Ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. Allā. ℣. Surrexit dominꝰ vere ⁊ apparuit petro. Et dr ſicut notat i p̄ma do. p̄ce. S. iohēm. xvi.

In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Vado ad eū q̄ me miſit: ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed qꝛ hec locutus ſum vobis: triſticia īpleuit cor vr̄m. Sꝫ ego veritatē dico vobꝭ: expedit vobis vt ego vadā. Si enī nō abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si aūt abiero: mittam eum ad vos. Et cū venerit: ille arguet mūdū de pc̄ctō et de iuſticia. et de iudicio. De pc̄ctō quidē: qꝛ nō crediderunt in me. De iuſticia vero: qꝛ ad patrē vado / et iā nō videbitis me. De iudicio aūt: qꝛ princeps huius mundi iā iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſꝫ nō poteſtis portare modo. Cū aūt venerit ille ſp̄us veritatis: docebit vos oēm veritatē. Nō enī loquetur a ſemetipſo: ſꝫ q̄cunq̧ audiet loquetur / ⁊ que ventura ſunt annunciabit vobꝭ. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet / ⁊ ānunciabit vobꝭ. Omnia q̄cunq̧ habet p̄r: mea ſunt. Propterea dixi: qꝛ de meo accipiet: et annunciabit vobis. Offꝫ. Iubilate deo vniuerſa terra iubilate deo vniuerſa terra pſalmum dicite nomini eiꝰ venite ⁊ audite et narrabo vobis oēs qui timetis deum quanta fecit dñs anime mee. Secreta.

Deus qui reſurgēs a mortuis paſſione caſſata potētiorem te tuis diſcipulis reddidiſti: concede ꝓpicius vt nos quoq̧ maieſtati tue hoc paſchale ſacrificium cōciliet: ⁊ ad gratiam tuā promerēdā in bonis opibus efficiat promptiores. Qui viuis. Coio. Dum venerit paraclitus ſpiritus veritatꝭ ille arguet mūdum de peccato ⁊ de iuſticia ⁊ de iudicio alleluya allā. Poſtcōio.

Adeſto nobis domine deus noſter: vt per hec que fideliter ſumpſimus: et purgemur a vicijs ⁊ a periculis omnibus eruamur. Per dominum. ¶ Feria quarta. Lectio epyſtole beati iacobi apoſtoli ij. ca.

Cariſſimi: Nolite in perſonarum acceptiōe habere fidem dñi nr̄i ieſu xp̄i glorie. Cū enim introierit vir in ſynagogam vr̄am anulum aureum habēs in veſte cādida: in-

[illegible]

troierit autem et pauper in ſordido habitu/ ⁊ intẽdatis in eum ꝙ indutus eſt veſte preclara ⁊ dixeritis ei. Tu ſede hic bene: pauperi aũt dicatis/ tu ſta illic/ aut ſede ſub ſcabello pedũ meoꝝ. nõne iudicatis apud voſmetipſos ⁊ facti eſtis cogitationũ iniquaꝝ iudices? Audite fratres mei dilectiſſimi. Nõne deus elegit pauperes ĩ hoc mũdo: diuites ĩ fide et heredes regni/ qđ repromiſit deus diligentibus ſe? Vos autẽ exhonoraſtis pauperem. Nõne diuites per potẽtiã opprimunt vos: et ipſi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipſi blaſphemãt bonum nomẽ: quod inuocatum eſt ſup vos? Si tamen legẽ ꝑficitis regalem ſcđm ſcripturas: diliges proximum tuum ſicut teipſũ/ bene facitis. Si aũt ꝑſonas accipitꝭ: pctm̃ operamini/ redarguti a lege quaſi trãſgreſſores. Quicũqꝫ autem legem totã ſeruauerit: offendit autẽ in vno/ factus eſt omniũ reus. Qui enim dixit non occides: dixit nõ mechaberis. Quod ſi non mechaberis/ occides aũt: factꝰ es tranſgreſſor legis. Sic loquimini et ſic facite: quaſi per legẽ libertatis incipiẽtes iudicare. Judiciuꝫ enim ſine mĩa: illi qui nõ facit miſericordiaꝫ. Superexaltat autẽ: mĩa iudiciũ. Secundũ iohãnem. xvii. c.

IN illo tp̄e: Reſpiciẽs ieſus in diſcipulos ſuos: dixit. Pater ſctẽ: ſerua eos in noĩe tuo quos dediſti michi: vt ſint vnũ ſicut et nos. Cũ eſſẽ cum eis: ego ſeruabã eos ĩ noĩe tuo. Quos dediſti michi cuſtodiui: ⁊ nemo ex eis periit/ niſi filius ꝑditiõis vt ſcriptura ĩpleat̄. Nunc aũt ad te venio: ⁊ hec loquor ĩ mũdo vt habeãt gaudium meum ĩpletũ in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuum et mũdus eos odio habuit/ qꝛ nõ ſũt de mũdo ſicut et ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. ¶ Feria ſexta. Lectio epyſtole beati iacobi apoſtoli. ij.

CAriſſimi: Videtis qm̃ ex operibus iuſtificat̄ hõ: ⁊ nõ ex fide tm̃. Similiť autẽ et raab meretrix: nõne ex opib⁹ iuſtificata ⁊ ſuſcipiẽs nũcios/ ⁊ alia via eiiciẽs? Sicut enĩ corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt: ita et fides ſine operibus mortua eſt. ¶ Secundum iohannem. xiiii.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Filioli: adhuc modicũ tẽp⁹ vobiſcũ ſũ. Queretiſ me ⁊ ſicut dixi iudeis: ꝙ ego vado non poteſtis venire. Et vobis dico mõ. Mãdatũ nouũ do vobis. vt diligatis ĩuicẽ. ſicut dilexi vos: vt ⁊ vos ĩuicẽ diligatis. In hoc cognoſcẽt oẽs qꝛ diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionẽ habueritiſ adinuicem. Dixit ei ſymon petrus. Dñe/ quo vadis? Reſpõdit ieſus. Quo ego vado: nõ potes me modo ſequi: ſequeriſ autem poſtea. ¶ Miſſa dñicalis ebdomade quinte poſt paſcha. Ad miſſam. Officiũ.

VOcem iocunditatis ãnunciate et audiatur alleluya nũciate vſqꝫ ad extremum terre liberauit dñs populum ſuũ allã allã. Ps. Jubilate deo omnis terra pſalmum dicite nomini ei⁹: date gl'iam laudi eius. Oro.

DEus a quo bona cũcta procedũt largire ſupplicibus tuis vt cogitemus te ĩſpirãte que recta ſũt ⁊ te gubernãte eadẽ faciamus. Per dñ. Lcõ epl'e btĩ iacobi apl'i. i. c.

CAriſſimi: Eſtote factores verbi et non auditores tantum: fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi ⁊ nõ factor: hic comparabitur viro cõſideranti vultũ natiuitatis ſue in ſpeculo. Conſiderauit enĩ ſe ⁊ abiit: ⁊ ſtatim oblit⁹ eſt

Nō enī auditores verbi iusti sūt [illegible] | Nō oīs qui dicit m[illegible] qualis fuerit. Qui aũt ꝑſpexerit in lege ꝑfecte libertatis ⁊ ꝑmãſerit in ea: nõ auditor obliuioſus factus ſʒ factor opis / hic btũs ĩ facto ſuo erit. Si quis aũt putat ſe religioſũ eſſe nõ refrenãs liguã ſuã / ſed ſeducẽs cor ſuũ: huius vana eſt religio. Religio mũda ⁊ immaculata apud deum ⁊ pr̃em: hec eſt. Uiſitare pupillos et viduas ĩ tribulatione eorũ: ⁊ imaculatũ ſe cuſtodire: ab hoc ſc̃lo. Allã. ℣. Uſqʒ modo non petiſtis quicq̃: in noĩe meo petite et accipietis. Allã. ℣. Surrexit xp̃s iã nõ moritᷣ: mors illi vltra nõ dñabitᷣ. S. iohẽm. xvi.

In illo tp̃e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Amẽ amẽ dico vobis: ſi quid petieritis patrẽ in noĩe meo dabit vobis. Uſqʒ modo nõ petiſtis quicq̃: in noĩe meo. Petite ⁊ accipietis: vt gaudiũ vr̃m ſit plenũ. Hec in ꝓuerbĩs: locut⁹ ſũ vobis. Uenit hora cũ iã nõ ĩ ꝓuerbĩs loquar vobis: ſʒ palã de pr̃e meo annunciabo vobis. Illo die: ĩ noĩe meo petetis. Et nõ dico vobis: qꝛ ego rogabo patrem de vobis. Ipſe eñi pater amat vos: qꝛ vos me amaſtis. ⁊ credidiſtis / qꝛ a deo exiui. Exiui a patre et veni in mundum: iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palã loq̃ris: ⁊ ꝓuerbiũ nullum dicis. Nunc ſcimus qꝛ ſcis oĩa: ⁊ non opus eſt tibi / vt quis te īterroget. In hoc credimus: quia a deo exiſti. Offer. Benedicite gẽtes dominum deum nr̃m ⁊ obaudite vocẽ laudis eius qui poſuit aĩam meã ad vitã et non dedit commoueri pedes meos bñdictus dñs qui non amouit dep̃cationem meã ⁊ mĩam ſuam a me allã. Secr.

Suſcipe q̃s dñe fideliũ p̃ces cũ oblationibus hoſtiarum: vt per hec pie deuotionis officia / ad celeſtem gl'iam trãſeamus. Per. Cõio.

Cãtate dño allã: cãtate dño ⁊ benedicite nomini ei⁹: bñ nũciate de die in diẽ ſalutare ei⁹ allã allã. Poſtcõio.

Tribue nobis dñe q̃s celeſtis mẽſe virtute ſatiatis ⁊ deſiderare q̃ recta ſũt: ⁊ deſiderata ꝑcipere. Per do. ¶ Feria. iij. in rogationib⁹ ſi a feſto cũ regi. chori vacauerit dicitur poſt tertiã ꝑ magna miſ. ſcilʒ Uoce iocũditatis. vt ſ. in dñica. Et in proceſſiõe dicitᷣ hec miſſa. Offm.

Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam alleluya et clamor meus in conſpectu eius introiuit ĩ aures ei⁹ allã allã. Ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtum meũ ⁊ refugiũ meum ⁊ liberator meus. Or.

Preſta q̃s oĩps deus: vt qui in afflictione nr̃a de tua pietate cõfidim⁹: cõtra aduerſa oĩa tua ſẽper ꝓtectione muniamur. Per do. Scd̃a or. de ſancto de quo cũ ecclia. Tercia or. de oĩbus ſanctis. Or. Concede q̃s omnipotens deus. ¶ Lcõ epyſtole beati iacobi apoſtoli. v.

Cariſſimi: Confitemini alterutrum peccata veſtra: ⁊ orate pro inuicem vt ſaluemini. Multũ enim valet: deprecatio iuſti aſſidua. Helyas homo erat ſimilis nobis paſſibilis: ⁊ oratione orauit vt non plueret ſuper terram. Et non pluit annos tres: et menſes ſex. Et rurſum orauit: ⁊ celum dedit pluuiã / ⁊ terra dedit fructum ſuũ. Si q̃s autem ex vobis errauerit a veritate / et conuerterit q̃s eũ: ſcire debet quõ qui conuerti fecerit pctõrẽ ab errore vie ſue / ſaluabit aĩam ei⁹ a morte. Et operit: multitudinem peccatorum. Allã. ℣. Confitemini domino quoniam bonus q̃m in ſeculum miſericordia eius. Scd̃m lucam. xi. C.

In illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum hadebit amicum: et ibit ad illū media nocte/ ⁊ dicet illi. Amice/ commoda michi tres panes: qm̄ amicus meꝰ venit de via ad me/ ⁊ non habeo qđ ponam ante illum. Et ille deintus respondens: dicat. Noli michi moleſtus eſſe: iā oſtium clauſum eſt/ et pueri mei mecū ſunt in cubili/ non poſſum ſurgere ⁊ dare tibi. Et ille ſi perſeuerauerit pulſans: dico vobis ⁊ ſi nō dabit illi ſurgēs. eo ꝙ amicus eiꝰ ſit: ꝓpter improbitatē tamen eius ſurget/ et dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego vobis dico. Petite: ⁊ dabitur vobis. Querite: ⁊ inuenietis. Pulſate: et aperietur vobis. Oīs enim ꝗ petit accipit: ⁊ qui querit inuenit/ et pulſanti aperietur. Quis aūt ex vobis pr̄em petit panē: nunꝗd lapidē dabit illi? Aut piſcē: nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: ꝗ̄to magis pater veſter de celo dabit ſpiritum bonum: petentibꝰ ſe? Offr̄. Confitebor dn̄o nimis in ore meo ⁊ ī medio multorum laudabo eum ꝗ aſtitit ad dexterā pauperis vt ſaluam faceret a perſequētibus aīam meam alleluya. Hic fiat ſermo ad populū ſi placuerit. Secr̄.

HEc munera dn̄e q̄s ⁊ vincula noſtre prauitatis abſoluant: ⁊ tue nobis mīe dona conciliēt. Per. Cō. Petite ⁊ accipietis. q̄rite ⁊ inuenietis. pulſate ⁊ aperiet̄ vobis oīs enī ꝗ petit accipit. ⁊ ꝗ q̄rit īuenit. ⁊ pulſāti aperietur allā. Poſtcōio.

VOta nr̄a q̄s dn̄e pio fauore ꝓſequere: vt dū dona tua in tribulatione ꝑcepimꝰ: de ꝯſolatione nr̄a ī tuo amore creſcamꝰ. Per dn̄m.

¶ Feria tercia dr̄ miſſa de ſctā maria niſi aliqđ feſtū cū regimine cho. in eadē ꝯtigerit. Et miſſa Salꝰ populi. dr̄ in proceſſione vbi fit ſtatio. Et in vigilia aſcenſionis dr̄ miſſa de pace in proceſſione. Tamen ſi feſtū alicuius ſcī cū regimine chori in ſecūda feria ꝯtigerit: tūc dr̄ miſſa dominicalis ī tercia feria vl̄ in vigilia aſcēſionis in ꝓceſſione vbi fit ſtatio. Similiter quādo feſtum cum regimine chori ī vigilia aſcēſionis euenerit/ tunc dicit̄ miſſa de vigilia in proceſſione. Et ſemꝑ in his ꝑdictis tribus diebus dicitur magna miſſa in choro poſt ſextā. Et poſt illā miſſā ſtatim dicit̄ hora nona/ ⁊ tunc exeat proceſſio. ¶ In vigilia aſcenſionis domini. Ad miſſam. Officium.

OMnes gētes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis allā allā. Ps. Subiecit populos nobis: et gētes ſub pedibus noſtris. Oro.

PReſta queſumus omnipotēs pater: vt noſtre mētis intētio quo vnigenitus filius tuus dominus noſter venture ſolēnitatis glorioſus auctor ingreſſus eſt ſemper intendat: ⁊ quo fide pergit conuerſatione perueniat. Per eundem. Memoria de ſctā maria ⁊ de oībus ſāctis. Lectio actuū apoſtoloꝝ. iiij.

IN diebus illis: Multitudinis autem credentiū: erat cor vnum ⁊ aīa vna. Nec quiſꝗ eorum que poſſidebat: aliquid ſuū eſſe dicebat ſed erāt illis oīa cōmunia. Et virtute magna reddebant apoſtoli teſtimoniū reſurrectionis ieſu xp̄i domini nr̄i: ⁊ grā magna erat in omnibus illis. Neq̄ enī quiſꝗ egēs: erat inter illos. Quotquot enī poſſeſſores agrorū aut domoꝝ erāt: vendentes afferebāt ꝑcia eoꝝ que vēdebāt et ponebāt ante pedes apl̄orū. Diuidebatur autē ſingulis: ꝓut cuiꝗ opus erat. Allā. V. Oēs gētes plau dite manibus ſubſlate deo in voce exultationis. Secūdū iohēm.xvij.

IN illo tp̄e: Subleuatis ieſus oculis in celum: dixit. Pater venit hora/ clarifica filium tuū vt ⁊ filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt oē quod dediſti ei det eis vitā eternā. Hec eſt enim vita eterna: vt cognoſcāt te ſolum verū deum/ ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m. Ego te clarificaui ſuꝑ terrā: op⁹ cōſummaui quod dediſti michi vt faciam. Et nūc clarifica me tu pater apud temetip̄m: claritate quam habui priuſq̄ mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomē tuum hominib⁹: quos dediſti michi de mundo. Tui erāt ⁊ michi eos dediſti: ⁊ ſermonem tuum ſeruauerunt. Nūc cognouerūt qꝛ oīa q̄ dediſti michi abs te ſunt: qꝛ verba que dediſti michi dedi eis. Et ip̄i acceperunt ⁊ cognouerunt vere: qꝛ a te exiui/ et crediderunt qꝛ tu me miſiſti. Ego pro eis rogo non ꝓ mundo rogo: ſed ꝓ his quos dediſti michi qꝛ tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt et tua mea ſunt/ ⁊ clarificatus ſū in eis. Et iā non ſum in mundo: ⁊ hi ī mūdo ſunt: ⁊ ego ad te venio. Offr.

Uiri galilei quid admiramini aſpiciētes in celum hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celum ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcēdētem in celum alleluya. Secreta.

SAcrificium domīe pro filij tui ſupplices venerabili quam ꝑuenimus nunc aſcēſione deferim⁹/ p̄ſta queſumus: vt ⁊ nos ꝑ ip̄m his ſacroſāctis cōmercijs ad celeſtia cōſurgam⁹. Per eūdē. Prefa. quotid.

Cōio. Pater cū eſſē cū eis ego ſeruabam eos quos dediſti michi allā nunc aūt ad te venio/ non rogo vt tollas eos de mundo ſed vt ſerues eos a malo alleluya allā. Poſtcōio.

TRibue q̄s dn̄e: vt ꝑ hec ſacramēta q̄ ſūpſimus illuc tēdat nr̄e deuotiōis affect⁹ quo tecū ē nr̄a ſubſtātia ieſ⁹ xp̄s dn̄s nr̄. Qui tecū.

¶ In die aſcenſionis dn̄i. Officium.

VIri galilei quid admiramini aſpicientes in celum allā. quēadmodum vidiſtis eū aſcendētem in celum ita veniet allā allā allā. ℣. Cumq; intuerētur in celum euntē illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis/ qui ⁊ dixerunt. Oratio.

COncede q̄s oīps deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorē noſtrum ad celos aſcēdiſſe credimus: ip̄i quoq; mente in celeſtibus habitemus. Per eūdē. Lcō actuum apl'oꝝ. i. capitulo.

PRimū quidē ſermonē feci de oīb⁹ o theophile/ q̄ cepit ieſ⁹ facere ⁊ docere: vſq; in diem qua p̄cipiēs aplis ꝑ ſpiritum ſctūm quos elegit aſſumptus eſt. Quibus ⁊ p̄buit ſeip̄m viuū poſt paſſionē ſuā ī multis argumētis ꝑ dies quadraginta apparēs eis: ⁊ loquens de regno dei. Et conueſcēs p̄cepit eis ab hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris/ quā audiſtis inquit ꝑ os meum. Qꝛ iohannes quidem baptizauit aqua: vos autē baptizabimini ſp̄ū ſācto/ non poſt multos hos dies. Igitur qui cōuenerāt interrogabāt eū dicētes. Dn̄e ſi in tp̄e hoc reſtitues regnū iſrl̄? Dixit aūt eis. Nō ē veſtrū noſſe tp̄a vel momēta: q̄ pater poſuit in ſua poteſtate. Sed accipietis virtutē ſuperuenientis ſp̄ūſcti in vos et eritis michi teſtes in hieruſalē ⁊ in oī iudea ⁊ ſamaria: ⁊ vſq; ad vltimum terre. Et cum hec dixiſſet vidētibus illis eleuatus eſt: ⁊ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ. Cūq; intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos i veſtibus albis/ qui ⁊ dixerūt. Viri galilei: q̄d ſtatis aſpiciētes i celū? Hic ieſus qui aſſūptus eſt a vobis in celum: ſic veniet quēadmodum vidiſtis eum: euntē in celū. Allā. ℣. Aſcēdit deus in iubilatione: ⁊ dn̄s in voce tube. Hac die ⁊ in oct. etiā ſi duplex feſtum ibidē celebretur dicitur Allā. ℣. Aſcendens xp̄s in altum captiuā duxit captiuitatē dedit dona hominibus. Quotidie p octa. niſi i do. ⁊ in octa. die ſiue fiat ſeruitiū de aſcenſione ſiue de aliquo feſto cum regimine chori niſi in feſto philippi et iacobi. ⁊ in inuētione ſancte crucis erit ſecundum Allā. ℣. Dn̄s in ſynai in ſancto aſcendēs in altū captiuā duxit captiuitatē. Sequētia.

REx omnipotēs die hodierna Mundo triumphali redēpto potentia. Victor aſcendit celos vnde deſcenderat. Nam quadraginta poſtꝗ̄ ſurrexerat. Diebus ſacris cōfirmans pectora. Apoſtolorum pacis cara relinquens oſcula. Quibꝰ et dedit poteſtatē laxandi crimina. Et miſit eos in mundum baptizare cunctas aīas. In patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſcti clementia. Et conueſcens precepit eis ab hieroſolimis. Ne abirēt: ſed expectarēt ꝓmiſſa munera. Non poſt multos eni dies mittā vobis ſpiritū paraclitum in terra. Et eritis michi teſtes in hieruſalē iudea ſiue ſamaria. Et cū hoc dixiſſet vidētibus illis eleuatus eſt. ⁊ nubes clara. Suſcepit eum ab eoꝝ oculis intuētibus illis ethera. Ecce ſtetere amicti duo viri i veſte alba. Iuxta dicētes quid admiramini celorū alta? Ieſus enim hic qui aſſūptus eſt a vobis ad patris dexterā. Vt aſcendit ita veniet querēs talēti commiſſi lucra. O deus celi maris arui hominē quem creaſti quem fraude ſubdola. Hoſtis expulit paradiſo ⁊ captiuatū ſecum traxit ad tartara. Sanguine proprio quem redemiſti deꝰ. Illuc ⁊ prouehis vnde prius corruit paradiſi gaudia. Iudex cum veneris iudicare ſecla. Da nobis petimus ſēpiterna gaudia in ſctōꝝ patria. In qua tibi cantemus oēs allā. Scd̄m marcū. xvi.

IN illo tp̄e: Recūbētibꝰ vndecim diſcipulis: apparuit illis ieſus ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊ duriciā cordis/ qꝛ his qui viderāt eum reſurrexiſſe non crediderāt. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuerſum p̄dicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: ſaluꝰ erit. Qui vō nō crediderit: ꝯdēnabit̄. Signa aūt eos q̄ crediderit: hec ſequentur. In noīe meo demonia eiicient: linguis loquētur nouis ſerpētes tollēt. Et ſi mortiferū q̄d biberint: non eis nocebit. Sup egros manꝰ imponēt: ⁊ bene habebūt. Et dn̄s q̄dē ieſꝰ poſtꝗ̄ locutus ē eis aſſūptus eſt in celū: ⁊ ſedet a dextris dei. Illi aūt ꝓfecti p̄dicauerūt vbiqꝫ dn̄o cooperāte ⁊ ſermonē cōfirmāte: ſequētibꝰ ſignis. Offer. Aſcēdit deus in iubilatione ⁊ dn̄s in voce tube allā. Secreta.

SVſcipe domine munera q̄ pro filij tui glorioſa aſcēſione deferimus/ ⁊ cōcede ꝓpicius: vt a preſentibus periculis liberemur et ad vitā ꝑueniamus eternā. Per eūd. Prefatio. Qui poſt reſurrectionē. et Communicātes. Et dr̄ per totas octa. ⁊ etiā in do. qn̄ de aſceſ. agitur. Cōio. Pſallite dn̄o qui aſcēdit ſup celos celoꝝ ad orientē allā. Poſtco.

PReſta nobis q̄s omp̄s et miſericors deus: vt que viſibilibus miſterijs ſumēda percepimus inuiſibili ꝯſequamur effectu. P dn̄m.

¶ Per totas octa. dr̄ eadem miſſa niſi feſtum cū regie cho. itercurrat et niſi in do. ſed ſine ſeq̄. et Credo.

¶ Dñica infra octa. aſceñ. Officiū.

Exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te alleluya tibi dixit cor meum queſiui vultum tuum vultū tuū domine requirā ne auertas faciē tuā a me allā allā. ps. Dominus illuminatio mea: ⁊ ſalus mea quē timebo? Deīn dr̄ Kyrie. de quarta die infra oct. cum regie cho. ſʒ in. vi. feria vel in ſabbō ꝑcedēte aliqd̄ feſtū cū regie cho. celebratum fuerit. Oro.

Omnipotēs ſēpiterne deus fac nos tibi ſemꝑ ⁊ deuotā gerere voluntatē: ⁊ maieſtati tue ſincero corde ſeruire. Per do. Memo. de aſcē.

Lectio ep̄le beati petri ap̄li. i. iiij.

Cariſſimi: Eſtote prudētes: et vigilate in orōnib⁹. Ante oīa aūt mutuā in vobiſmetipſis caritatē cōtinuā habētes: q̄ caritas operit multitudinē pctōꝝ. Hoſpitales inuicē: ſine murmuratiōe. Unuſquiſqʒ ſicut accepit gratiā i alterutrū illā adminiſtrātes: ſicut boni diſpēſatores multiformis grē dei. Si q̄s loquitur: quaſi ſermones dei. Si q̄s miniſtrat tanq̄ ex virtute quā adminiſtrat de⁹ / vt in oīb⁹ honorificet̄ de⁹. Per ieſū xp̄m: dn̄m noſtrū. Allā. ℣. Regnabit dn̄s ſup oēs gentes: de⁹ ſedet ſuper ſedē ſctām ſuā. Allā. ℣. Non vos relinquam orphanos vado ⁊ venio ad vos / et gaudebit cor veſtrum. Nulla dicitur ſequentia.

Secundum iohannem. xv. et xvi.

In illo tēpore: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclit⁹ quem ego mittā vobis a patre ſpiritū veritatis qui a patre ꝓcedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt non ſcandalizemini. Abſqʒ ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos: arbitret̄ obſequium ſe preſtare deo. Et hec faciēt vobis: quia nō nouerunt patrem neqʒ me. Sed hec locutus ſū vobis: vt cū venerit hora eorum reminiſcamini: q̄ ego dixi vobis. Offer. Lauda aīa mea dn̄m laudabo dn̄m ī vita mea pſallā deo meo q̄diu ero allā. Secreta.

Preſta q̄s omnīs deus: vt hāc tibi hoſtiā ī eius corpus ⁊ ſanguinē placabiliter offeram⁹ quem ſedētem a dextris virtutis tue etiā ꝓ nobis iterpellare cōfidim⁹ dn̄m nr̄m ieſū xp̄m filium tuum. Qui te.

Cōio. Pater cum eſſē cū eis ego ſeruabam eos quos dediſti michi alla nunc autē ad te venio / non rogo vt tollas eos de mundo / ſed vt ſerues eos a malo allā allā. Poſtcōio.

Preſta q̄s oīs deus: vt hec ſacroſācta cōmercia ī toti⁹ eccl'e cōfidamus corpore faciendū: quod eius preceſſit ī capite. Qui te. ¶ Si aliqd̄ feſtum cū regimie chori ī hac dñica euenerit totū ſeruitiū fiat de feſto. et miſſa de dñica ī capitulo dn̄ cū cantu ſup. Kyrie el. Gl'ia ī excel. Sanctus. et Agnus. ſicut in feſto. ix. l. ſine regie cho. cū vno Allā. ℣. Regnabit Et ſic ad miſſam de feſto erit ſecūdū Allā. ℣. Non vos. niſi ī feſto ſcē crucis. Et etiam erit ſcd̄m Allā. in craſtino oct. aſceñ. licet de ſancta maria fiat plenū ſeruitium. ¶ In oct. aſceñ. dn̄i ad miſſā oīa fiant ſicut in die more ſimplicis feſti. ſine ſequētia ⁊ Credo. ¶ Feria ſexta totum fiat ſeruitiū de ſācta maria / ſi a feſto cum regimie cho. vacauerit. ¶ In vigil. penth. accedat ſacerdos ad altare cū dyacono ⁊ ſubdyacono / ⁊ ceteris miniſtris altaris in ſolenni apparatu ſicut in vigilia paſc. confeſſiõe iã non dicta ſed tm̄ Pł nł. et legantur lcões a digniorib⁹ ꝑſonis in ſuppellicijs ad gradum cho. ſcḋm titulis. L. i. Geneſ. xxij.

TEntauit deus abrahã: ⁊ dixit ad eũ. Abraham abrahã. At ille rñdit. Aſſũ. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis yſaac: ⁊ vade ĩ terrã viſionis atq; offeres eũ ibi in olocauſtũ ſup vnũ mõtiũ quẽ mõſtrauero tibi. Igitur abrahã de nocte cõſurgens: ſtrauit aſinũ ſuum / ducẽs ſecũ duos iuuenes / ⁊ yſaac filiũ ſuũ. Cũq; concidiſſet ligna ĩ olocauſtũ: abijt ad locũ quẽ ꝑceperat ei deus. Die autem tercia eleuatis oculis vidit locum procul: dixitq; ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino: ego et puer illuc uſq; properãtes poſtq̃ adorauerimus reuertemur ad vos Tulit quoq; ligna olocauſti: et impoſuit ſup yſaac filium ſuum / ipſe vero portabat ĩ manibus ſuis ignẽ et gladium. Cumq; duo ꝑgerent ſimul: dixit yſaac patri ſuo. Pat̃ mi. At ille rñdit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi eſt victima olocauſti? Dixitq; abrahã. Deus ꝓuidebit ſibi victimam olocauſti fili mi. Pergebant ergo pariter: venerũtq; ad locũ quẽ oſtẽderat ei deus In quo edificauit altare: ⁊ deſup ligna cõpoſuit. Cũq; alligaſſet yſaac filiũ ſuum: poſuit eum ĩ altari ſup ſtruẽ lignoꝝ. Extẽditq; manũ ⁊ arripuit gladium: vt immolaret filiũ ſuum. Et ecce ãgel⁹ dñi de celo clamauit dicens. Abrahã abrahã. Qui reſpondit. Aſſum. Dixitq; ei. Ne extendas manum tuam ſuper puerũ: neq; facias illi quicq̃. Nunc cognoui q̃ timeas deum: ⁊ non pepciſti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit abraham oculos ſuos: viditq; poſt tergum arietẽ ĩter vepres / herẽtẽ cornibus. Quẽ aſſumẽs obtulit olocauſtum pro filio: appellauitq; nomẽ loci illi⁹ / dñs videt. Unde vſq; hodie dicitur: in monte dñs videbit. Uocauit aũt angelus domini abrahã ſcḋo de celo dicens. Per memetipſm iuraui dicit domin⁹ / q2 feciſti rem hãc et non pepciſti filio tuo vnigenito ꝓpter me: bñdicã tibi et multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas celi / ⁊ velut arenã q̃ ẽ ĩ littore maris. Poſſidebit ſemẽ tuũ portas inimicorũ ſuoꝝ: ⁊ bñdicẽt ĩ ſemine tuo oẽs gentes terre / q2 obediſti voci mee. Reuerſus eſt abrahã ad pueros ſuos: abierũtq; berſabee ſimul: ⁊ habitauit ibi. Sequat̃ oṙo ſine Dñs vobiſcũ: ſed tantũ cũ. Oremus. Oṙo.

DE⁹ q̇ ĩ abrahe famuli tui ope hũano generi obedientie exẽpla ꝓbuiſti: cõcede nob̃ ⁊ nr̃e voluntatis prauitatẽ frangere: ⁊ tuoꝝ ꝓceptoꝝ rectitudinẽ ĩ oĩb⁹ adimplere. Per dñm. Lcõ ſcḋa Scripſit moyſes cãticũ. et tꝛ. Attẽde celũ. requre ſ̄ i vigi. paſche. fo. lxxiij. et lxxiiij. Oẽs tꝛ a choro dñr alternati / ꝑter vltimũ et oẽs orõnes ſñ Dñs vobiſcũ. ꝑter vltimã dñr / ſz tm̃ cũ Oremus. Oṙo.

DEus qui es glorificatio fidelium ⁊ vita iuſtoꝝ: q̇ ꝑ moyſẽ famulũ tuũ nos quoq; modulatione ſacri carminis erudiſti: vniuerſis gẽtibus mie tue munus operãte tribuẽdo beatitudinẽ / auferẽdo terrorẽ: vt quod ꝑnũciatum eſt ad ſupplicium / ĩ remedium trãſferat̃ eternum. P. lccõ. iij. Apprehendent ſeptem mu. quere ſupra fol. lxxiij. Et etiam tractus. Uinea fa. Oṙo.

DEus qui nos ad celebrãdum hãc preſẽtẽ feſtiuitatẽ vtriuſq; teſtamenti paginis inſtruis: da nob̃ itelligere miſericordias tuas: vt ex perceptione preſentiũ numerũ / firma ſit expectatio futuroꝝ

Per dominū nr̄m. Baruch. iij. cap.

Audi iſrael mādata vite: auribus percipe/ vt ſcias prudentiam. Quid eſt iſr̄l ꝙ in terra inimicoꝝ es? Inueteraſti in terra aliena coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum his qui in inferno ſunt: dereliquiſti fontē ſapiētie. Nā ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiqꝫ ī pace ſup terrā. Diſce vbi ſit ſapiētia/ vbi ſit virtus/ vbi ſit prudētia/ vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vite ⁊ victus/ vbi ſit lumen oculorum ⁊ pax. Quis inuenit locū eius: ⁊ quis introiuit ī theſauros eius? Ubi ſunt principes gētiū: ⁊ qui dominātur ſuper beſtias q̄ ſunt in terra? Qui in auib⁹ celi ludūt: q̄ argētū theſaurizāt/ et aurū in quo cōfidunt hoīes/ ⁊ nō eſt finis poſſeſſionis eoꝝ. Qui argētum fabricāt ⁊ ſolliciti ſunt: nec eſt inuētio operū illorū. Et tū exterminati ſunt ⁊ ad inferos deſcēderūt: ⁊ alij ī locū illoꝝ ſurrexerūt. Iuuenes viderūt lumen: et habitauerūt ſup terrā. Uiā aūt diſcipline neſcierūt: neqꝫ intellexerunt ſemitas ei⁹ neqꝫ ſuſceperūt eā filii eorū. A facie eoꝝ: lōge facta eſt. Nō ē audita ī terra chanaā: neqꝫ viſa eſt in themā. Filij quoqꝫ agar qui exquiſierūt prudentiā que de terra eſt: negociatores terre et themā: ⁊ fabulatores ⁊ exquiſitores prudētie et intelligentie. Uiā aūt ſapiētie neſcierūt: neqꝫ meminerūt ſemitarū eius. O iſrael ꝗ̄ magna eſt domus dei: ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius. Magn⁹ ⁊ nō habet cōſūmationē: excelſus ⁊ imēs⁹. Ibi fuerūt gygantes nominati: illi q̄ ab initio fuerūt ſtatura magna: ſciētes bellū. Nō hos elegit dn̄s: neqꝫ viam diſcipline inuenerunt: propterea perierūt. Et qm̄ nō habuerūt ſapiētiā: interierūt propter ſuā inſipientiā. Quis aſcendit in celum et accepit eā: ⁊ eduxit eam de nubibus? Quis trāſfretauit mare et inuenit eā: ⁊ attulit eā ſup aurū electum? Non eſt qui ſciat viam eius: neqꝫ qui excogitet ſemitas ei⁹. Sed qui ſcit vniuerſa nouit illam: ⁊ adinuenit illam prudētia ſua. Qui perficit terrā in ſempiterno tēpore ⁊ adīpleuit eam pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lucem et vadit: ⁊ vocauit eam: et obedit illi ī tremore. Stelle aūt dederunt lumē in cuſtodiis ſuis: et letate ſunt. Uocate ſunt: et dixerunt. Aſſumus. Et luxerunt ei cum iocunditate: q̄ fecit illas. Hic eſt deus noſter: et non eſtimabitur alius aduerſus eū. Hic adinuenit omnem viam diſcipline ⁊ dedit illā iacob puero ſuo: ⁊ iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in t̄ris viſ⁹ eſt: et cū hominib⁹ cōuerſatus eſt. Or.

DEus qui nobis ꝑ prophetarum ora precepiſti tēporalia relinquere atqꝫ ad eterna feſtinare: da famulis tuis vt que a te iuſſa cognouimus: implere celeſti iſpiratione valeamus. Per dn̄m. Tractus

SIcut ceruus deſiderat ad fōtes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. V⁹. Sitiuit anima mea ad deum viuum quando veniam et apparebo ante faciē dei mei. V. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte: dū dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt de⁹ tuus. Deīde he due orōnes, dr̄ ſub vno. Per dominum noſtrum ieſū. et ſub vno Oremus. Oratio.

COncede q̄s ōp̄s de⁹: vt q̄ ſolēnitatem doni ſcti ſpūs colimus: celeſtibus deſiderijs accenſi fōtē vite ſitiamus. Dn̄m no. ie. x. f. t.

OMnip̄s ſempiterne deus q̄ paſchale ſacramētum quinquaginta dierū voluiſti myſterio cōtieri: pſ̄a q̄s/ vt gentium facta diſperſio diuiſione linguarū ad vnā ꝯfeſſionē tui nois celeſti munere cōgregetur. Per dñm. Deīde ſequātur lētanie ꝛ bñdictio fontiū ſicut in vig. paſ. eodē vꝫ mō ꝛ ordie ī eūdo ꝛ redeundo ꝛ ī ſtat. ī redeūdo dr̄ Rex ſāctoꝝ. ꝛ poſtea incipiatur miſſa. Kyrie el. ꝛ interim dicat ſacerdos. Cōfiteor. ꝛc. more ſolito. Sequatur Gloria in ex. Tūc oēs genuflectent exuētes cappas nigras ꝛ pulſētur oēs cāpane. deinde dr̄ Dñs vo. Or.

PReſta q̄s oīpſ deꝰ/ vt claritatꝭ tue ſup nos ſplēdor effulgeat ꝛ lux tue lucis corda eoꝝ q̄ p grām tuā renati ſūt ſcī ſpūs illuſtratiōe cōfirmet. P dñ. no. ī vnitate eiuſdē.

Lectio actuum apoſtolorum. xix. c.

IN diebus illis: Factū eſt cum apollo eſſet corinthi: et paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret epheſum/ ꝛ inueniret quoſdā diſcipulos. Dixitq; ad eos. Si ſpiritūſctm̄ accepiſtis credētes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; ſi ſpūſſanctus eſt audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt. In iohannis baptiſmate. Dixit autem paulus. Johānes baptizauit baptiſmo penitētie ppl'm dicēs in eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent: hoc eſt in ieſum. His auditis baptizati ſunt in nomine domini ieſu. Et cū impoſuiſſet illis manꝰ paulus venit ſpūſſanctus ſuper eos/ ꝛ loquebantur linguis ꝛ ꝓphetabāt. Erāt aūt omnes viri fere duodecim. Introgreſſus autē paulus ſinagogā: cū fiducia loq̄batur p tres menſes. Diſputans ꝛ ſuadēs: de regno dei.

Lecta epl'a duo clerici de ſecūda forma in cappis ſericis ī pulpito cātēt hoc Allā. Chorus idē ꝛ proſeq̄tur. Clerici. ℣. Confitemini dño qm̄ bonus q̄m in ſclm̄ mīa eius. Chorus ſimiliter cum neu. Ite clerici reincipiāt Allā ſine neuma. Deinde ſeq̄tur tractus qui a duobꝰ de ſcd̄a forma ī cappis nigris ad gradū chori totꝰ ꝛ integer cātetur/ choro iterū ſedēte. Tractꝰ.

LAudate dñm omnes gētes et collaudate eū oēs populi. ℣. Quoniā cōfirmata eſt ſup nos mīa eius: ꝛ veritas dñi manet ī eternū.

Interī vero ꝓcedat dyaconꝰ cum ſubd. p mediū cho. more ſolito ſine cruce ad legēd. euāg. quem ꝓcedāt duo ceroſe. cereis extinctis: ꝛ legat in pulpito more do. Se. iohēm. xiiii.

IN illo tpe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrē: ꝛ aliū paraclitum dabit vobis vt maneat vobiſcum in eternū ſpm̄ veritatis/ quē mūdus nō poteſt accipere qꝛ nō videt eū nec ſcit eum Vos aūt cognoſcetis eum: qꝛ apud vos manebit/ ꝛ in vobis erit. Non vos relinquā orphanos: veniā ad vos Adhuc modicum: ꝛ mundus me iā non videt. Vos aūt vidiſtis me: qꝛ ego viuo ꝛ vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis qꝛ ego ſum in prē meo: ꝛ vos ī me ꝛ ego ī vobis. Qui habet mādata mea ꝛ ſeruat ea: ille eſt q̄ diligit me. Qui aūt diligit me diligetur a prē meo. Et ego diligā eū: ꝛ manifeſtabo ei meipſm̄. Nō h̄. Credo. Offer. Emitte ſpiritum tuū et creabūtur ꝛ renouabis faciē terre/ ſit glīa dñi ī ſcl'a allā. Secreta.

HOſtias populi tui q̄s dñe miſeratꝰ ītēde: ꝛ vt tibi reddantur accepte ꝯſciētias nr̄as ſcti ſpūs ſalutaris emūdet aduētus. P. dñm in vni. eiuſd. Prefa. cōid. Hac die Sāctus. ꝛ Agnꝰ ſolēnit dr̄. Cōio. Ultimo feſtiuitatis die dicebat ieſus qui ī me credit flumina de vētre eius fluēt aq̄ viue hoc autē dixit de ſpū quem accepturi erāt credentes in eū alleluya allā. Poſtcōmunio.

POMeſta q̄s omnīps deus: vt ſpiritusſanctus adueniens: maieſtatem nobis filij tui manifeſtando clarificet. Qui te. in vni. eiuſdē.

¶ In die penthecoſtes. Officium.

SPiritus domini repleuit orbem terrarū alleluya ⁊ hoc quod cōtinet omnia ſciētiā habet vocis alleluya alleluya allā. ps. Exurgat deꝰ et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui hodierna die corda fidelium ſcti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodē ſpiritu recta ſapere. et de eius ſemper conſolatiōe gaudere. P do. i vni. e.

Lectio actuum apoſtolorum. ij. ca.

IN diebus illis: Dum complerētur dies pēthecoſtes: erant oēs diſcipuli pariter i eodem loco. Et factus eſt repente de celo ſonus tāꝗ̄ aduenientis ſpūs vehementis: et repleuit totā domum vbi erāt ſedētes. Et apparuerūt illis diſpertite lingue tanꝗ̄ ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorū. Et repleti ſunt oēs ſpū ſctō: ⁊ ceperūt loq̄ varijs liguis ꝓut ſpūs ſctūs dabat eloqui illis. Erāt autem in hierlm habitantes iudei viri religioſi: ex omni natione que ſub celo eſt. Factā aūt hac voce: conuenit multitudo ⁊ mente confuſa eſt/ qm̄ audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquētes. Stupebāt aūt omnes: ⁊ mirabātur dicētes. Nōne ecce omnes iſti q̄ loquūtur: galilei ſūt? Et q̄modo nos audiuimꝰ vnuſquiſq; linguam noſtram: in qua nati ſumꝰ? Parthi et medi et elamite: et qui habitant meſopotamiā/ iudeam et capadociā/ ponthum et aſiā/ phrigiā ⁊ pāphiliā/ egyptum ⁊ partes libie que eſt circa ſirenem et aduene romani Iudei quoq; ⁊ proſeliti: cretes ⁊ arabes. Audiuimus eos loquentes noſtris linguis: magnalia dei. Allā. ỽ. Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabuntur ⁊ renouabis faciem terre. ỽ. Spiritus ſanctus procedens a throno apoſtolorum pectora inuiſibili hodie ꝑluſtrauit potentia. Sequentia.

SAncti ſpiritus aſſit nobis grā. Que corda noſtra ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cūctis vicijs ſpiritalibus. Spūs alme illuſtrator oīm. Horridas noſtre mētis purga tenebras. Amator ſancte ſenſator ſemꝑ cogitatuū. Infūde vnctionē tuā clemēs nr̄is ſenſibus. Tu purificator omniū flagitiorū ſpūs. Purifica nr̄i oculū interioris hoīs. Ut videri ſupremus genitor poſſit a nobis. Mundi cordis quem ſoli cernere poſſunt oculi. Prophetas tu inſpiraſti: vt preconia xp̄i precinuiſſent inclita. Apſos cōfortaſti vti tropheum xp̄i ꝑ totū mundū veherēt. Quā machinā per vbum ſuū fecit deꝰ celi terre mariū. Tu ſuꝑ aq̄s foturus eas numē tuum expādiſti ſpūs. Tu alabꝰ viuificādis aquas fecundas. Tu aſpirando das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſum ꝑ linguas mūdum et ritꝰ adunaſti dn̄e. Idolatras ad cultum dei reuocas magiſtrorū optime. Ergo nos ſupplicantes tibi exaudi propicius ſācte ſpūs. Sine quo p̄ces omnes caſſe creduntur ⁊ idigne dei auribus. Tu qui oīm ſclorū ſctōs. Tui nois docuiſti inſtinctu amplectende ſpiritus. Ipſe hodie apoſtolos chriſti donans munere inſolito et cunctis inaudito ſeculis. Hunc diē glorioſum feciſti. Scdm iohannem. xiiij.

IN illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si q̄s diligit me:

ſermonē meum ſeruabit. Et pater meus diliget eū: ⁊ ad eū veniemꝰ/ ⁊ māſionē apud eū faciemꝰ. Qui nō diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonē quē audiſtiſ nō eſt meus: ſed eiꝰ q̄ miſit me patris. Hec locutus ſū vobis: apd̄ vos manēs. Paraclitꝰ aūt ſpūs ſctūs quē mittet pr̄ in noīe meo: ille vos docebit oīa/ ⁊ ſuggeret vobis oīa q̄cūq̇ dixero vobis. Pacē relinq̄ vobis: pacē meā do vobis. Nō quō mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur cor veſtrū: neq̇ formidet. Audiſtiſ quia ego dixi vobꝫ: vado ⁊ venio ad vos Si diligeretis me gauderetꝫ vtiq̇/ qꝛ vado ad patrem: qꝛ pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iā non multa: loquar vobiſcū. Venit enim princeps mūdi huiꝰ: et in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mūdꝰ quia diligo patrem: ⁊ ſicut mādatum dedit michi pr̄: ſic facio. Offr̄. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod eſt in hieruſalem tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Munera dn̄e q̄s oblata ſāctifica: ⁊ corda nr̄a ſcti ſpūs illuſtratiōe emunda. Per dn̄m. ī vnita. eiuſdē. Pref. Qui aſcēdēs. Hec pfa. dē quotid. ꝑ hāc ebdo. ⁊ ī oībꝰ miſſis de ſctō ſpū ꝑ totū ānū. Ita ꝙ extra hanc ebdo. non dr̄ hec duo verba. hod. die. in pfa. Cōicantes ⁊ Hanc igit. vſq̇ ad feſtum ſcē trini. dr̄ tm̄. Cōio. Factus eſt repente de celo ſonus aduenīētis ſpūs vehemētꝫ vbi erāt ſedentes allā. ⁊ repleti ſūt omnes ſpiritu ſctō loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Poſtcōio.

Sancti ſpūs domine corda nr̄a mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dominum noſtrū. in vnitate eiuſdem.

¶ Feria ſcda. Ad miſſam. Officium

Cibauit eos ex adipe frumēti allā. ⁊ de petra melle ſaturauit eos allā allā allā. ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Oratio.

Deus qui apłis tuis ſctm̄ dediſti ſpiritū: cōcede plebi tue pie petitionis effectum: vt quibus dediſti fidem largiaris et pacem. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Lectio actuum apoſtolorum. x. ca.

¶ Feria. iiij. Ad timotheum. ij. iiij.

CArissimi: Domin⁹ michi astitit et confortauit me: vt per me ꝑdicatio adipleatur. Et audiāt oēs gentes qꝛ liberatus sum de ore leonis opere malo: ⁊ saluum faciet in regnum suū celeste. Ipsi glīa i secla secloꝝ amē. S. mathēū. v. ca.

IN illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici/et iudex tradat te ministro/et i carcerē mittaris. Amē dico tibi nō exies inde: donec reddas nouissimū q̄drātē. Audistis qꝛ dictum est āntiq̄s: nō mechaberis. Ego aūt dico vobis: quia oīs qui viderit mulierē ad ꝯcupiscēdum eā/iā mechatus est eā i corde suo. Q̄d si oculus tuus dexter scādalizat te: erue eum et proiice abs te. Expedit eīm tibi vt pereat vnum mēbrorū tuorū: q̄ totum corpus tuum eat in gehēnā.

¶ Dñica quarta. Ad missā. Officiū.

DOminus illuminatio mea et salus mea quem timebo dominus defensor vite mee a quo trepidabo qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Ps. Si consistāt aduersum me castra: non timebit cor meum. Oratio.

PRotector i te sperātium deus sine quo nichil est validum nichil sctm̄ multiplica sup̄ nos miam tuā: vt te rectore te duce sic transeamus ꝑ bona tp̄alia/vt non amittamus eterna. Per. Ad rom. viij. c.

+ quicquid dimisit dns: [illegible]

Fratres: Existimo enim ꝙ nō sūt cōdigne passiones huius tēpis: ad futurā gliam q̄ reuelabit ī nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati enī creatura subiecta est nō volens: sed ꝓpter eū q̄ subiecit in spe. Qꝛ & ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis: ī libertatē glorie filioꝝ dei. Scim⁹ enī ꝙ oīs creatura īgemiscit: et parturit vsq; adhuc. Nō solū aūt illa: sed et nosipsi primitias spūs habētes: et ipsi intra nos gemimus adoptionē filiorum dei expectātes redēptionē corporis nostri. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr. Propici⁹ esto dñe pct̄is nostris: nequā dicāt gētes vbi est deus eoꝝ? V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster & ꝓpter honorē nōis tui libera nos. Allā. V. Dñe in virtute tua letabitur rex & sup salutare tuum exultabit vehementer. Scdm lucam.xvi.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: & nō iudicabimini. Nolite cōdēnare: & nō cōdēnabimini. Dimittite: & dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensurā bonā & coagitatā & supeffluentē: dabūt in sinum vestrū. Eadē vero mēsura q̄ mēsi fueritis: remetietur vobis. Dicebat aūt illis: & similitudinē. Nūquid potest cec⁹ cecū ducere? Nōne ambo ī foueā cadūt? Nō est discipulus: sup magistrum. Perfect⁹ autē omnis erit: si sit sicut magister ei⁹. Quid aūt vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem q̄ ī oculo tuo est non consideras? Aut quō potes dicere fratri tuo: frater sine eiciam festucam de oculo tuo / ipse in oculo tuo trabē non vidēs? Hypocrita eiice p̄mū trabē de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucā: de oculo fratris tui. Offertoriū. Illuīa oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte / neq̄ dicat inimicus me⁹ p̄ualui aduersus eū. Secreta.

Respice domine q̄s munera supplicātis eccl'sie: et saluti credētiū ꝑpetua sctificatiōe sumenda ꝯcede. P. Cō. Dñs firmamētū meū et refugiū meum & liberator meus: de⁹ meus adiutor meus. Postcōio.

Sancta tua nos domine sumpta viuificent: et misericordie sēpiterne preparēt expiatos. Per.

¶ Feria quarta Lectō epystole beati iohannis apostoli. i. ij. capitulo.

Carissimi: In hoc scim⁹ qm̄ cognouim⁹ eū: si mādata ei⁹ obseruemus. Qui dicit se scire eū: & mādata ei⁹ nō seruat mēdax est / & i hoc vitas nō est. Nā q̄ custodit verbū eius: vere in hoc caritas dei pfecta est. In hoc scimus: qm̄ ī ipso sumus. Qui dicit se in eo manere: debet quēadmodū ille ābulauit: & ip̄e ambulare. Scdm matheum.xvij.

In illo tp̄e: Interrogauerunt discipuli iesū dicentes. Quid scribe dicūt: ꝙ helyam oporteat primū venire? At ille respōdēs ait eis. Helyas quidē ventur⁹ est: et restituet oīa. Dico aūt vobis qꝛ helyas iā venit: & nō cognouerunt eū: sed fecerunt in eo quecūq; voluerunt. Sic et filius hoīs: passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli: quia de iohanne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam: accessit ad eū homo genibus p̄uolutus ante eū dicens. Dñe miserere filio meo: qꝛ lunaticus est & male patit. Nam sepe cadit ī ignē & crebro in aquā: & obtuli eum discipulis tuis / et non potuerunt curare eum. Respōdens autem iesus: ait. O generatio incredula et peruersa: quousq; ero vobiscum / vsq; quo patiar vos? Afferhuc illū: ad me. Et increpauit eum ieſus: ⁊ exijt ab eo demonium: ⁊ curatus eſt puer ex illa hora.

¶ Dñica. v. Ad miſſam. Officium.

Exaudi dñe vocem meā qua clamaui ad te: adiutor meꝰ eſto ne derelinq̄s me neq₃ deſpicias me deꝰ ſalutar₃ meus. ps. Dñs illuminatio mea: ⁊ ſalꝰ mea quem timebo. Gloria. Oratio.

Da nobis q̄s domine vt ⁊ mundi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et eccleſia tua trāquilla deuotione letetur. Per dñm.

Lectio ep̄le beati petri ap̄li. i. iij. c.

Chariſſimi: Omnes vnanimes in oīone eſtote: compatiētes fraternitatis amatores/ miſericordes/ modeſti/ humiles. Nō reddētes malū ꝓ malo: vel maledictū ꝓ maledicto ſed ecōtrario bñdicētes. Qꝛ in hoc vocati eſtis: vt bñdictionem hereditate poſſideat₃. Qui enī vult vitā diligere ⁊ videre dies bonos: coerceat linguā ſuam a malo/ ⁊ labia eiꝰ ne loquāt dolū. Declinet aūt a malo ⁊ faciat bonū: inq̄rat pacē ⁊ ſequatꝛ eā. Qꝛ oculi dñi ſuꝑ iuſtos: et aures eiꝰ i p̄ces eoꝝ. Vultꝰ autem dñi: ſuꝑ faciētes mala. Et q̄s ē qui vobis noceat: ſi boni emulatores fueritis? Sed et ſi quid patimini ꝓpter iuſticiā: beati. Timorem autē eoꝝ ne timueritis: vt nō conturbemini. Dñm aūt xp̄m ſctificate: i cordibus vr̄is. Gr. Protector noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. v. Dñe deꝰ virtutum exaudi p̄ces ſeruorum tuoꝝ. Allā. v. In te dñe ſperaui nō ↄfundar i eternū: in tua iuſticia libera me et eripe me: inclina ad me aurem tuam accelera vt eripias me. Secūdū lucam. v. c.

In illo t̄pe: Cum turbe irruerēt ad ieſū vt audirent v̄bum dei: ⁊ ip̄e ſtabat ſecus ſtagnum geneȥareth. Et vidit duas nauēs/ ſtātes ſecus ſtagnū: piſcatores aūt deſcēderant/ ⁊ lauabāt retia. Aſcēdēs aūt in vnā naui q̄ erat ſymonis: rogauit eū vt a terra reduceret puſillū. Et ſedens: docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit aūt loqui: dixit ad ſymonē. Duc in altum: et laxate retia veſtra i capturā. Et reſpōdēs ſymon: dixit illi. Preceptor/ ꝑ totā noctem laborātes nichil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cū hoc feciſſēt: ↄcluſerūt piſciū multitudinē copioſā. Rūpebat aūt rete eoꝝ: et annuerunt ſocijs q̄ erant in alia naui vt venirent/ et adiuuarēt eos. Et venerūt/ ⁊ impleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Qđ cū videret ſymō petrꝰ: ꝓcidit ad genua ieſu dicens. Exi a me: qꝛ hō p̄ctōr ſū dñe. Stupor enī circūdederat eū: et oēs qui cū illo erāt in captura piſcium quam ceperāt. Similiter autē iacobum et iohānē filios zebedei: qui erant ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonem ieſus. Noli timere: ex hoc iam hoīes eris capiens. Et ſubductis ad terrā nauibus: relictis oībus ſecuti ſūt eum. Offr. Bñdicā dñm qui tribuit michi itellectū: ꝓuidebā deum in conſpectu meo ſemꝑ quoniā a dextris eſt michi ne commouear. Secreta.

Aſcēdāt q̄s dñe p̄ces humilitatis noſtre in ↄſpectu clemētie tue ⁊ deſcēdat ſuper hec oblata virtus tue diuinitatis: quā noſtris q̄q₃ purificādis mētibus largiaris. Per dñm. Cōio. Vnam petij a dño hāc requirā vt inhabitem in domo dñi oībꝰ diebꝰ vite mee. Poſtcōio.

Miſteria nos dñe q̄s ſacra purificēt: ⁊ ſuo munere tueant̄. Per. ¶ Feria. iiij. Ad thim. i. ij. ca.

Chariſſime: Obſecro primū omnium fieri obſecratiōes/ oro nes/poſtulationes/gratiaꝝ actiones: pꝛo omnibus hoībus. Pꝛo regibꝰ ⁊ omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti: vt quietam ⁊ tranquillā vitā agamus in omni pietate ⁊ caſtitate. Hoc enim bonum eſt et acceptum coꝛam ſaluatoꝛe nr̄o deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire.

Unus enim deus: vnus ⁊ mediatoꝛ dei ⁊ hominum/homo xp̄s ieſꝰ qui dedit redēptionē ſemetipſum p̄ oībus. Cuius teſtimoniū tp̄ibus ſuis confirmatū eſt: in quo poſitus ſum ego p̄dicatoꝛ ⁊ apoſtolus. Veritatē dico non mētioꝛ: doctoꝛ gentium in fide ⁊ veritate. Secundū lucā. viij.

IN illo tp̄e: Factum eſt in vna dierū: ⁊ ieſus aſcēdit in nauiculam ⁊ diſcipuli eius. Et ait ad illos. Tranſfretemus trās ſtagnum Et aſcenderunt. Nauigātibus aūt illis: obdoꝛmiuit. Et deſcendit pꝛocella venti in ſtagnum: ⁊ compellabantur fluctibus ⁊ periclitabantur Accedentes autem: ſuſcitauerunt eum dicētes. Pꝛeceptoꝛ / perimus. At ille ſurgens increpauit ventum ⁊ tempeſtatem aque: et ceſſauit. Et facta eſt trāquillitas. Dixit autem illis. Ubi eſt fides veſtra? Qui timētes: mirati ſunt adinuicem dicētes Quis putas hic eſt. Quia vētis imperat ⁊ mari: ⁊ obediunt ei.

¶ Dñica. vi. Ad miſſam. Officium.

DOminus foꝛtitudo plebis ſue ⁊ pꝛotectoꝛ ſalutariū xp̄i ſui ꝫ ſaluū fac pp̄lm tuum dñe ⁊ bñdic hereditati tue/ et rege eos vſq̄ i ſeculum. Ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: nequādo taceas a me ⁊ aſſimilaboꝛ deſcēdētibus in lacum. Oro.

DEus qui diligētibus te bona inuiſibilia p̄paraſti: infunde coꝛdibꝰ nr̄is tui amoꝛis affectū: vt te ī oībꝰ ⁊ ſup oīa diligētes: p̄miſſiones tuas q̄ oē deſideriū ſuperant cōſequamur. Per. Ad romanos. vi.

FRatres: Quicunq̄ baptizati ſumus in xp̄o ieſu: i moꝛte ipſius baptizati ſumꝰ. Cōſepulti enī ſumus cum illo p̲ baptiſmū in moꝛtē: vt quō ſurrexit xp̄s a moꝛtuis p̲ gloꝛiā pr̄is/ita ⁊ nos in nouitate vite ābulemus. Si enī ꝯplātati facti ſumus ſimilitudini moꝛtis eius: ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. Hoc ſciētes/ qꝛ vetꝰ homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur coꝛpus pcti: vt vltra non ſeruiamus pctō. Qui enī moꝛtuus eſt: iuſtificatꝰ ꝫ a pctō. Si aūt moꝛtui ſumus cū xp̄o credimus qꝛ ſimul etiā viuemus cū xp̄o. Scientes q̄ chꝛiſtꝰ reſurgēs ex moꝛtuis iā nō moꝛit: moꝛs illi vltra nō dñabitur. Quod enim moꝛtuus ꝫ pctō: moꝛtuus eſt ſemel. Quod aūt viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos exiſtimate vos moꝛtuos quidem eſſe pctō: viuentes aūt deo. In xp̄o ieſu: dñō nr̄o. Gr. Conuertere dñe aliquātulū ⁊ dep̄care ſup ſeruos tuos. V. Dñe refugiū factꝰ es nobis a generatione ⁊ p̄genie. Allā. V. Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ ⁊ ab inſurgētibꝰ i me libera me. S. mathēū. v.

IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amen dico vobis niſi abūdauerit iuſticia vr̄a plusq̄ ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ: nō itrabitis i regnū celoꝝ. Audiſtis qꝛ dictū eſt ātiq̄s: nō occides. Qui āt occiderit: reꝰ erit iudicio. Ego aūt dico vobis: qꝛ oīs qui iraſcit fratri ſuo / reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri ſuo racha: reus erit conſilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehennē ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: ⁊ ibi recoꝛdatus fueris qꝛ frater tuꝰ habet aliquid aduerſum te / relinque ibi munus tuum ante altare/ et vade p̄us reconciliari fr̄i tuo. Et tunc veniẽs: offeres mun⁹ tuũ. Off. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis vt nõ moueãtur veſtigia mea: inclina aurẽ tuã et exaudi v̄ba mea: mirifica mias tuas q̄ ſalvos facis ſperãtes in te dñe. Secr.

Propiciare dñe ſupplicationibus nr̄is: ⁊ has oblationes famulorũ tuorꝝ benignus aſſume: vt qđ ſinguli obtulerũt ad honorẽ tui nõis: cũctis ꝓficiat ad ſalutẽ. Per. Cõio. Circuibo ⁊ imolabo in tabernaculo eius hoſtiã iubilationis cãtabo ⁊ pſalmum dicã dño. Poſtcõ.

Quos celeſti dono domine ſatiaſti: p̄ſta q̄ſumus / vt a nr̄is mundemur occultis: et ab hoſtium liberemur inſidijs. Per. ¶ Fer. iiij.

Lcc̄o epyſtole bti iohãnis apl̄i. i. ij.

Cariſſimi: Nõ ſcripſi vobꝫ quaſi ignorãtibus v̄itatẽ: ſꝫ quaſi ſciẽtibus eã / q̄m oẽ mẽdaciũ ex v̄itate nõ ꝫ. Quis ꝫ mẽdax / niſi is qui credit. q̄m ieſus nõ eſt xp̄s? Hic ꝫ ãtixp̄s: q̄ negat patrẽ ⁊ filiũ. Ois q̄ negat filiũ: nec patrẽ habet. Qui aũt cõfitet̄ filiũ: ⁊ patrẽ habet. Vos qđ audiſtis ab initio: in vobis permaneat. Quod ſi i vobis ꝑmãſerit qđ audiſtis ab ĩitio: ⁊ vos in filio ⁊ patre permanebitis. Et hec eſt repromiſſio: quã ip̄e pollicitus eſt nobis vitã eternã. Secũdum marcum .x.

In illo tp̄e: Cũ egreſſ⁹ eſſet ieſus in via: p̄currẽs quidã genuflexo ãte eũ: interrogabat eũ dicẽs. Magiſter bone: q̄d faciã vt vitã et̄nã accipiã?. Jeſus aũt dixit ei. Quid me dicis bonũ? Nemo bon⁹ niſi ſol⁹ deus. Precepta noſti? Ille dixit. Que? Ne adulteres / ne occidas / nõ fureris / nõ falſũ teſtimonium dixeris / ne fraudẽ feceris: honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ. Et ille rñdẽs ait illi Magiſter: hec omnia obſeruaui a iuuẽtute mea. Jeſus autem intuitus eum dilexit eum: ⁊ dixit ei. Unum tibi deeſt. Vade/ vẽde quecunq; habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurum in celo: ⁊ veni ſequere me. ¶ Dñica. vij. Officium.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit populos nobis: et gentes ſub pedibus noſtris. Oratio.

Deus virtutũ cui⁹ eſt totũ qđ eſt optimũ inſere pectoribus nr̄is amorẽ tui nõis ⁊ p̄ſta in nobis religionis augmẽtũ: vt q̄ ſũt bona nutrias: ac pietatꝫ ſtudio q̄ ſũt nutrita cuſtodias. P. Ad romanos. vi.

Fratres: Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtre. Sicut eni exhibuiſtis membra v̄ra ſeruire ĩmundicicie ⁊ ĩiquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra v̄ra ſeruire iuſticie in ſctificationẽ. Cum eni ſerui eſſetis p̄cti liberi fuiſtis iuſticie. Quẽ ergo fructũ habuiſtis: tunc in illis ĩ quib⁹ nũc erubeſcitꝫ? Nã finis illoꝝ mors ꝫ. Nũc vero liberati a p̄cõ: ſerui aũt facti deo. Habetis fructum v̄m in ſctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipendia enim peccati: mors. Gratia autem dei: vita eterna. In xp̄o ieſu domino noſtro. Gr. Venite filij audite me timorẽ domini docebo vos. V. Accedite ad eum ⁊ illuminamini et facies veſtre non confundentur. Alleluya. V. Te decet hymnus de⁹ in ſyon: et tibi reddetur votũ in hieruſalem. Secundum marcum viij.

In illo tp̄e: Cum turba multa eſſet cum ieſu nec haberẽt qđ manducarent: conuocatis diſcipulis ait illis. Miſereor ſup turbam: quia ecce iã triduo ſuſtinẽt me / nec habẽt quod mãducẽt. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuã: defi cient i via. Quidã enĩ ex eis: de longe venerũt. Et reſpõderũt ei: diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit q̃s hic ſaturare panib⁹ i ſolitudĩe? Et iterrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerũt Septẽ. Et p̃cepit turbe: diſcũbere ſup terrã. Et accipiẽs ſeptẽ panes: grãs agẽs fregit & dabat diſcipulis ſuis / vt apponerẽt. Et appoſuerũt turbe. Et habebãt piſciculos paucos: & ipſos bñdixit & iuſſit apponi. Et mãducauerũt: & ſaturati ſũt. Et ſuſtulerũt qđ ſuꝑauerat de fragmẽtꝫ: ſeptẽ ſportas. Erãt aũt q̃ mãducauerũt: q̄ſi q̈ttuor milia: & dimiſit eos. Offꝫ. Sicut i olocauſtũ arietũ & tauroꝝ & ſicut i milib⁹ agnoꝝ pinguiũ ſic fiat ſacrificium noſtrum i cõſpectu tuo hodie vt complaceat tibi q: nõ eſt cõfuſio confidentibus in te dñe. Secreta.

Propiciare domĩe ſupplicationibus noſtris: & has oblationes populi tui benign⁹ aſſume: et vt nullius ſit irritum votum nulli⁹ vacua poſtulatio: p̄ſta q̃s: vt quod fideliter petim⁹: efficaciter cõſequamur. P. Cõ. Inclina aurẽ tuã accelera vt eruas nos. Poſtcõmunio.

Repleti dñe munerib⁹ tuis tribue q̃s: vt eorum mundemur effectu / et muniamur auxilio. Per.

¶ Feria. iiii. Ad romanos. viij.

Fratres. Nichil nunc damnationis eſt his qui ſunt in xp̃o ieſu: qui non ſcđm carnẽ ambulant Lex enĩ ſpũs vite in chriſto ieſu: liberauit me a lege peccati et mortꝫ. Nã quod ĩpoſſibile erat legi: ĩ quo infirmabatur per carnẽ deus filium ſuum mittẽs in ſimilitudinẽ carnis peccati. Et de pctõ damnauit pctm̃ in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. qui non ſecundum carnem ambulamus / ſed ſcđm ſpiritũ. Qui enĩ ſecundum carnẽ ſunt que carnis ſunt ſapiunt. Qui vero ſcđm ſpiritum ſunt: q̃ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudentia carnis: mors eſt. Prudentia autẽ ſpiritus: vita et pax. In chriſto ieſu: domino noſtro. Secundum matheum. xii.

In illo tp̃e: Abijt ieſ⁹ ſabbato per ſata diſcipuli aũt ei⁹ eſuriẽtes / ceperũt euellere ſpicas & mãducare. Phariſei aũt vidẽtes: dixerũt ei. Ecce diſcipuli tui faciunt: qđ non licet eis facere ſabbatis. At ille dixit eis. Non legiſtis quid fecerit dauid quãdo eſuriit: & qui cum illo erant? Quõ ĩtrauit ĩ domum dei: et panes propoſitionis comedit quos non licebat ei edere / neq̃ his qui cũ eo erant / niſi ſolis ſacerdotibus. Aut nõ legiſtis in lege: quia ſabbatis ſacerdotes in tẽplum ſabbatum violant / et ſine crimine ſunt? Dico autẽ vobis: quia tẽplo maior eſt hic. Si autem ſciretis qđ eſt miam volo & nõ ſacrificiũ: nũq̃ cõdẽnaſſetꝫ innocẽtes. ¶ Dñica viij. Officium.

Suſcepim⁹ de⁹ miam tuã in medio tẽpli tui ſcđm nomẽ tuũ de⁹ ita & laus tua in fines terre iuſticia plena eſt dextera tua. ℣. Magnus dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Oratio.

Deus cuius prouidentia ĩ ſui diſpoſitione nõ fallit te ſupplices exoramus: vt noxia cũcta ſubmoueas & omnia nobis profutura concedas. Per. Ad romanos. viij.

Fratres: Debitores ſum⁹ nõ carni: vt ſecundum carnẽ viuamus. Si enim ſcđm carnẽ vixeritis: moriemini. Si autem ſpũ facta carnis mortificaueritꝫ: viuetꝫ. Quicunq̃ enim ſpiritu dei aguntur: hi ſunt filii dei. Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filioꝝ dei / i quo clamamus abba pater. Ipſe eni ſpūs teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro: q ſumꝰ filij dei. Si aūt filij: ⁊ heredes. Heredes qdē dei: coheredes aūt xpi. Gr. Eſto michi in deū ꝓtectorē et in locū refugij vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui dñe nō ↄfūdar i etnū. Allã. ℣. Attēdite popule meus in legem meam. Secundum matheum. vij.

In illo tpe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Attendite a falſis ꝓphetis / qui veniūt ad vos i veſtimētis ouiū: intrinſecꝰ aūt ſunt lupi rapaces. A fructibꝰ eorū: cognoſcetis eos. Nūqd colligūt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic ois arbor bona: fructus bonos facit. Mala autem arbor: fructus malos facit. Nō poteſt arbor bona fructus malos facere: neq arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor q non facit fructū bonū excidetur: ⁊ i ignē mittetur. Igitur ex fructibus eoꝝ: cognoſcetis eos. Nō omis qui dicit michi dñe dñe / intrabit in regnum celoꝝ: ſed qui facit volūtatem pris mei qui in celis eſt: ipſe intrabit in regnum celoꝝ. Offr. Populum humilem ſaluum facies dñe ⁊ oculos ſuperborum humiliabis quoniam quis deꝰ preter te domie. Secreta.

Deus qui legalium differentias hoſtiarum vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificium a deuotis tibi famulis oblatū: et pari benedictione ſicut munera iuſti abel ſanctifica: vt quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tue honorem / cunctis proficiat ad ſalutē: Per dñm. Cōio. Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dñs beatus vir qui ſperat in eo. Poſtcommunio.

Tua nos domine medicinalis operatio et a noſtris peruerſitatibus clementer expediat: et ad ea que ſunt recta perducat. Per do.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. v. capi.

Fratres: Commendat deꝰ ſuam caritatem in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemꝰ ſecundum tēpus chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis iuſtificati nunc in ſanguine eiꝰ: ſalui erimus ab ira per ipſū. Si enim cum inimici eſſemus recōciliati ſumus deo per mortem filij eiꝰ: multomagis reconſiliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum autē: ſed ⁊ gliamur in dño. Per ieſum xpm: dñm noſtrum. Secundū marcū. ix.

In illo tpe: Dixerūt diſcipuli ad ieſum. Magiſter / vidimꝰ quēdā i noie tuo eiicientē demonia: et prohibuimus eū / qr nō ſequitur nos. Ieſus aūt ait illis. Nolite ꝓhibere eū. Nemo eſt eni qui faciat virtutē i noie meo: et poſſit cito male loqui de me. Qui enim nō eſt aduerſum vos: pro vobis eſt. Quiſqs enim potum dederit vobis calicem aq frigide i noie meo quia xpi eſtis amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. Et quicunqs ſcandalizauerit vnū ex his puſillis credētibꝰ in me: bonū eſt ei magis ſi circūdaretur mola aſinaria i collo eiꝰ et in mare mitteret. Et ſi ſcādalizauerit te manꝰ tua: abſcide illā. Bonū eſt tibi debilē itroire i regnū dei: q duas manus habētem ire in gehēnā i ignē iextinguibilē / vbi vermis eoꝝ non morit / et ignis nō extinguit. Et ſi pes tuꝰ ſcādalizat te: āputa illū. Bonū eſt tibi claudū introire in vitā eternā: q duos pedes habentem mitti in gehēnā ignis inextinguibilis vbi vermis eoꝝ non moritur / et ignis nō extinguitur. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue eum. Bonum eſt tibi luſcū introire / i regnū dei: q duos oculos habētē mitti in gehēnā ignis. Ubi vermis eorum nō moritur: ⁊ ignis nō extinguitur.

¶ Dñica nona. Ad missā. Officium

Ecce deus adiuuat me ⁊ dñs susceptor est anime mee: auerte mala inimicis meis ⁊ in veritate tua disperde illos protector meus domine. Ps. Deus ī nomine tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me. Oratio.

Largire nobis dñe q̄s semper spiritū cogitādi q̄ recta sunt ꝓpicius ⁊ agendi: vt qui sine te esse non possumus: secundum te viuere valeamus. Per. Ad corinthios. i. x.

Fratres: Nō simus ꝯcupiscētes maloꝝ: sicut ⁊ illi cōcupierūt. Neqꝫ ydolatre efficiamini: sicut quidā ex ip̄is quēadmodū scriptū ē: Sedit pp̄ls mādūcare ⁊ bibere: et surrexerunt ludere. Neqꝫ fornicemur: sicut q̄dā ex ip̄is fornicati sūt/ et ceciderūt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tētemus xp̄m: sicut q̄dā eorū tētauerūt/ ⁊ a serpētibus perierūt. Neqꝫ murmurauerit is sicut q̄dā eoꝝ murmurauerūt: ⁊ perierūt ab exterminatore. Hec autē oīa: in figura ꝯtingebāt illis. Scripta sūt autē hec ad correptionē nostram: in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Itaqꝫ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tētatio vos non apprehēdat: nisi humana. Fidelis autē deus qui nō patiet̄ vos tētari supra id qđ potestis: sed faciet cū tētatione etiam prouentū: vt possitis sustinere. Gr. Dñe dñs nr̄ q̄ admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. V. Qm̄ eleuata est magnificentia tua super celos. Alleluya. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob/ sumite psalmum iocundum cum cythara. Secundum lucam. xvi. cap.

In illo tēpore: Dixit iesꝰ discipulis suis: parabolam hanc. Hō quidā erat diues qui habebat villicū: ⁊ hic diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona ip̄iꝰ. Et vocauit illū: ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iā eni nō poteris villicare. Ait autē villicus intra se. Quid faciam: qꝛ dñs meꝰ aufert a me villicationē? Fodere nō valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciā: vt cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaqꝫ singulis debitoribus dñi sui: dicebat p̄mo. Quātum debes dño meo? At ille dixit. Centū cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionem tuā ⁊ sede cito: ⁊ scribe quīquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero q̄ntū debes? Qui ait Centum choros tritici. Ait illi. Accipe lr̄as tuas ⁊ scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudenter fecisset Qꝛ filij huius seculi: prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ut cum defeceritis: recipiāt vos in eterna tabernacula. Offr. Iusticie domini recte letificantes corda ⁊ dulciora super mel ⁊ fauum: nam ⁊ seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe munera q̄s dñe que tibi de tua largitate deferimꝰ: vt hec sacrosctā mysteria grē tue operante virtute ⁊ p̄sentis vite nos conuersatione sctificent: ⁊ ad gaudia sempiterna ꝑducāt. P. Cō. Primū querite regnū dei: ⁊ oīa adijcientur vobis dicit dominus. Postcōio.

Sit nobis domīe q̄s reparatio mentis ⁊ corporis celeste mysterium: vt cuius exequimur actionē sentiamus effectum. Per dominū.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. vi. cap.

Fratres: Nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediẽdum: ſerui eſtis eius cui obediſtis. Siue peccati ad mortẽ: ſiue obeditionis ad iuſticiam. Gratias autẽ deo ꝙ fuiſtis ſerui peccati: obediſtis autẽ ex corde in eã formã doctrine in qua traditi eſtis. Liberati autem a peccato: ſerui facti eſtis iuſticie. In chriſto ieſu: domino noſtro. Secundum lucam.xvi.

In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Qui fidelis eſt in minimo: ⁊ in maiore fidelis eſt. Et qui in modico iĩquus eſt: ⁊ in maiore iniquus eſt. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ fuiſtis: qđ verũ eſt q̃s credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod verũ eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruꝰ: poteſt duobus dñis ſeruire Aut ei vnũ odiet et alterũ diliget: aut vni adherebit et alterũ cõtẽnet. Nõ poteſtis deo ſeruire: ⁊ mãmone. Audiebãt enim hec omnia phariſei qui erãt auari: et deridebant illũ. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: deus autem nouit corda veſtra Quia quod hominibus altum eſt: abominatio eſt ante deum.

¶ Dñica decima. Ad miſſã. Offm̃.

Dum clamarẽ ad dominum exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi ⁊ humiliauit eos qui eſt ãte ſecula ⁊ manet in eternũ: iacta cogitatũ tuum in dño ⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus orationẽ meam ⁊ ne deſpexeris deꝑcationem meam: intende michi ⁊ exaudi me. Oratio.

Pateãt aures miẽ tue domine ꝑcibꝰ ſupplicãtiũ: ⁊ vt petentibus deſiderata concedas: fac eos que tibi placita ſũt poſtulare. Per dominum. Ad corinthios.i.xii.cap.

Fratres: Scitis qm̃ cum gentes eſſetis: ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notũ vobis facio ꝙ nemo in ſpũ dei loquẽs: dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dñs ieſꝰ: niſi i ſpũ ſctõ. Diuiſiones vero grãrũ ſũt: idẽ autẽ ſpũs. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt: idẽ autẽ dñs. Et diuiſiones opationũ ſunt: idẽ vero deꝰ q̃ opatur oia in oibus. Vnicuiq; aũt datur manifeſtatio ſpũs: ad vtilitatẽ. Alij quidẽ ꝑ ſpm̃ datur ſermo ſapiẽtie: alij aũt ſermo ſciẽtie ſcđz eũdẽ ſpm̃. Alteri fides: i eodẽ ſpũ. Alij grã ſanitatum: in vno ſpũ. Alij operatio virtutũ: alij ꝓphetia/ alij diſcretio ſpũum/ alij genera linguarum/ alij interpretatio ſermonum. Hec autẽ oia opatur vnus atq; idẽ ſpũs diuidens ſingulis: prout vult. Gr. Cuſtodi me dñe vt pupillã oculi: ſub vmbra alarũ tuarũ ꝓtege me. V. De vultu tuo iudicium meũ ꝓdeat: oculi tui videãt equitatẽ. Allã. V. Dñe deus ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coram te. S. lucã.xix.

In illo tp̄e: Cum appropinquaret ieſus hieruſalẽ: vidẽs ciuitatem fleuit ſuꝑ illã dicens. Qꝛ ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et q̃dẽ in hac die tua que ad pacẽ tibi: nũc aũt abſcõdita ſunt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te: et circundabunt te inimici tui vallo/ ⁊ circũdabunt te/ et coanguſtabunt te vndiq;/ et ad terram proſternent te/ et filios tuos qui in te ſunt. Et nõ relinquẽt in te lapidem ſuper lapidem: eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tue. Et ingreſſus in templum: cepit eijcere vẽdentes in illo ⁊ emẽtes/ dicens illis. Scriptum eſt: quia domus mea domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illã: ſpeluncam latronum. Et erat docens: quotidie in templo. Offm̃. Ad te domine leuaui animã meã deus meus in te confido nõ erubeſcã: neq; irrideãt me inimici mei etenī vniuerſi qui te expectāt non confundentur. Secr.

Concede nobis hec queſumꝰ domine digne frequētare miſteria: qꝛ quotiēs huiꝰ hoſtie ꝯmēoratio celebrat: opꝰ nr̄e redēptiōis exercet. P dn̄m. Cō. Acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes & olocauſta ſuꝑ altare tuum dn̄e. Poſtcōio.

Tui nobis dn̄e ꝯmunio ſacramēti: & purificationem conferat/ & tribuat vnitatem. Per dn̄m.

¶ Feria.iiii. Ad corinthios.i.xv.

Fratres: Non omnis caro eadem caro: ſed alia hoim/ alia pecoꝝ/ alia volucrū/ alia aūt piſciū et corpora celeſtia/ & corpa terreſtria. Sed alia q̄dē celeſtiū glīa: alia aūt terreſtriū. Alia claritas ſolis / alia claritas lune: & alia claritas ſtellarū. Stella aūt a ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuoꝝ. Seminat in corruptiōe: ſurget in īcorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus aīale: ſurget corpus ſpiritale. Sicut ſcriptum eſt. Factus eſt primus homo adam in aīam viuētem: nouiſſimꝰ adam in ſpiritum viuificātem. Sed non prius qḋ ſpiritale eſt: ſed qḋ aīale/ deinde quod ſpiritale. In xp̄o ieſu: domino noſtro. Sc̄dm lucam.xxi.

In illo tempore: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Attēdite vobis ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate/ & curis huius vite: & ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tāq̄ laqueus enī ſuꝑueniet in omnes: qui ſedent ſuꝑ faciē omnis terre. Vigilate itaq̄ orātes omni tp̄e: vt digni habeamini fugere iſta omnia que futura ſunt: et ſtare ante filium hominis.

¶ Dominica vndecima. Officium.

Deus in loco ſancto ſuo deus qui inhabitare facit vnanimes in domo ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſue. Ps. Exurgat deus & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui omnipotētiā tuam parcendo maxime & miſerendo manifeſtas: multiplica ſuꝑ nos gratiā tuā: vt ad tua promiſſa currentes/ celeſtium bonoꝝ facias eſſe conſortes. Per. Ad corinthios.i.xv.

Fratres: Notum facio vobis euāgeliū qḋ p̄dicaui vobꝫ/ qḋ et accepiſtis: in quo & ſtatis/ ꝑ qḋ & ſaluamini. Qua ratiōe p̄dicauerī vobis ſi tenetꝫ: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enī vobis ī p̄mis qḋ & accepi qm̄ xp̄s ieſꝰ mortuꝰ ē ꝓ peccatis nr̄is ſc̄dm ſcripturas/ et qꝛ ſepultꝰ eſt & qꝛ reſurrexit tercia die ſc̄dꝫ ſcripturas. Et viſus eſt cephe: et poſt hec vndeci. Deinde viſus eſt pluſq̄ quīgētis fratribꝰ ſimul: ex quibus multi manēt vſq̄ adhuc/ q̄dā autē dormierūt. Deinde viſꝰ eſt iacobo: deinde apl̄is oībꝰ. Nouiſſime aūt oīm tāq̄ abortiuo: viſꝰ eſt & michi. Ego enī ſū minimꝰ apl̄oꝝ qui nō ſū dignus vocari apl̄s: qm̄ ꝑſecutꝰ ſū eccleſiā dei. Gr̄a aūt dei ſū id qḋ ſū: & gr̄a eius: in me vacua nō fuit. Gr. In deo ſperauit cor meū & adiutus ſū: & refloruit caro mea et ex volūtate mea ꝯfitebor illi. V. Ad te dn̄e clamabo deus meꝰ ne ſileas ne diſcedas a me. Allā. Vꝰ. Dn̄e refugium factus es nobis a gn̄atione & progenie. Secundum lucam.xviii.

In illo tēpore: Dicebat ieſus ad quoſdā q̄ in ſe cōfidebāt tāq̄ iuſti: & aſꝑnabātur ceteros: parabolā iſtā dicēs. Duo homines aſcenderunt in tēplum vt orarent: vnus phariſeus & alter publicanꝰ. Phariſeus autẽ ſtãs: hec apud ſe orabat. Deus gr̃as ago tibi: qꝛ non ſũ ſicut ceteri hoim / raptores / iniuſti / adulteri velut etiã hic publican⁹. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do oim que poſſideo. Et publicanus alõge ſtãs / nolebat nec oculos ad celũ leuare: ſꝫ ꝑcutiebat pect⁹ ſuũ dicẽs. Deus ꝓpici⁹ eſto michi pctõri. Amẽ dico vobis: deſcẽdit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo. Qꝛ oĩs qui ſe exaltat hũiliabitur: ⁊ q̃ ſe humiliat: exaltabitur. Offm. Exaltabo te domine qm̃ ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me dñe clamaui ad te ⁊ ſanaſti me. Secreta.

Tibi domine ſacrificia dicata reddantur: q̃ ſic ad honorem nõis tui deferẽda tribuiſti: vt eadẽ remedia nr̃a fieri ꝓſtares. P. Cõio. Honora dñm de tua ſubſtãtia ⁊ de primitijs frugum tuarũ vt impleantur horrea tua ſaturitate ⁊ vino torcularia redundabunt. Poſtcõio.

Queſumus domine de⁹ noſter vt quos diuinis reparare non deſinis ſacramentis: tuis non deſtituas benignus auxilijs. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios.i.vi.

Fratres: Neſcitis quoniã corpora veſtra mẽbra ſũt chriſti. Tollẽs ergo mẽbra xp̃i faciã membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniã qui adheret meretrici: vnũ corp⁹ efficitur? Erũt eni (inq̃t) duo in carne vna. Qui autem adheret deo: vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne eni peccatũ quodcũq̧ fecerit homo: extra corpus eſt. Qui autẽ fornicatur: in corpus ſuũ peccat. An neſcitis qm̃ membra veſtra tẽplũ eſt ſpũſſancti q̃ in vobis eſt. quem habetis a deo: ⁊ non eſtis veſtri? Empti enim eſtis precio magno: glorificate ⁊ portate deum: in corpore veſtro. Secundũ lucã.xviij.

In illo tp̃e: Dicebat ieſ⁹ diſcipulis ſuis: parabolã hãc: Q̃m oportet ſp̃ orare: ⁊ nõ deficere dicẽs. Iudex quidã erat in quadã ciuitate q̃ deũ nõ timebat: ⁊ hominẽ nõ reuerebatur. Vidua autẽ q̃dã erat i ciuitate illa: ⁊ veniebat ad eũ dicens Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat ꝑ multũ tp̃s. Poſt hec autẽ dixit intra ſe. Et ſi deum nõ timeo nec hominẽ reuereor: tñ qꝛ moleſta eſt michi hec vidua vĩdicabo illã nẽ in nouiſſimo veniẽs ſuggillet me. Ait autẽ dñs. Audite / q̃d iudex iniquitatis dixit. De⁹ autẽ nõ faciet vindictã electorũ ſuorũ clamãtium ad ſe die ac nocte: ⁊ patiẽtiã habebit in illis? Dico vobis: qꝛ cito faciet vindictã illorum. ¶ Dñica.xij. Officium.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde dñe ad adiuuãdũ me feſtina / cõfũdãtur ⁊ reuereãtur inimici mei q̃ q̃rũt aĩaꝫ meã. Ps. Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcãt qui voluũt michi mala. Oratio.

Omnipotẽs ſẽpiterne de⁹ qui abundãtia pietatis tue ⁊ merita ſupplicum excedis et vota: effunde ſup nos miam tuã: vt dimittas q̃ cõſcia metuit / ⁊ adijcias quod orõ nõ ꝓſumit. P. Ad corinth.ij.iij.

Fratres: Fiduciã talem habemus ꝑ xp̃m ad deũ: non qꝛ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliq̃d a nobis quaſi ex nobis / ſed ſufficientia noſtra ex deo ꝫ. Qui ⁊ ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti: non littera / ſed ſpũ. Littera eni occidit: ſpũs autẽ viuificat. Q̃d ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidib⁹ fuit in glĩa: ita vt nõ poſſẽt intendere filij iſrael in faciẽ moyſi / ꝓpter glĩam vult⁹ eius q̃ euacuatꝛ: quõ nõ magis miniſtratio ſpiritus erit i glĩa? Nã ſi miniſtratio dãnationis in gloria eſt: multomagis abũdat miniſteriũ iuſticie ĩ gloꝛia. Gr. Bñdicã dñm ĩ oĩ tꝑe ſẽꝑ laus eius ĩ oꝛe meo. ℣. In dño laudabitꝛ aĩa mea: audiãt mãſueti et letẽtur. Allã. ℣. Venite exultemus dño iubilemus deo ſalutari nr̃o. Alius ℣. Pꝛeoccupemus faciẽ ei⁹ in ↄfeſſione et in pſalmis iubilemus ei. Iſti duo ℣. dñr ꝑ ebdõ. alternis vicibus: ita tñ ꝙ ℣. Pꝛeoccupe. pͥmo dr̃ qñ de fer. agitꝛ. Et ſi nulla fer. ꝑ ebdõ. ad hoc vacauerit: tunc vltim⁹ ℣. eo. anno oĩno ꝓtermittatꝛ. S. marcũ. vij.

IN illo tꝑe: Exiẽs ieſus de finibus tyꝛi: venit ꝑ ſydonẽ ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei ſurdũ ⁊ mutũ: ⁊ depͨcabãt eũ vt iponat illi manũ. Et apprehẽdẽs eũ de turba ſeoꝛſum: miſit digitos ſuos ĩ auriculas ei⁹. Et expuẽs: tetigit linguam ei⁹. Et ſuſpiciẽs in celũ: ingemuit/ et ait illi. Effeta: qđ eſt adaperire. Et ſtatĩ apte ſũt aures ei⁹: ⁊ ſolutũ eſt vinculũ lingue ei⁹/ ⁊ loqͣbatur recte. Et pͨcepit illis: ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis pͨcipiebat: tãtomagꝭ pl⁹ pͣdicabãt/ ⁊ eo ãpli⁹ ãmirabãtꝛ dicẽtes. Bñ omnia fecit: et ſurdos fecit audire: et mutos loqui. Offer. Pꝛecat⁹ eſt moyſes in conſpectu dei ſui et dixit. Pͨcatus eſt moyſes ĩ ↄſpectu dei ſui ⁊ dixit. quare dñe iraſceris ĩ populo tuo? parce ire aĩe tue memẽto abꝛahã yſaac ⁊ iacob quib⁹ iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel. ⁊ placat⁹ factus eſt dñs de malignitate quã dixit facere pplo ſuo. Secreta.

REſpice q̃s domine nr̃am ppicius ſeruitutem: vt quod offerimus ſit tibi munus acceptum: ſit ꝙ noſtre fragilitatꝭ ſubſidiũ. Per. Cõio. De fructu operũ tuoꝛũ dñe ſatiabitur terra vt educas panẽ de terra et vinũ letificet coꝛ hominis/ vt exhilaret faciem in oleo ⁊ panis coꝛ hominis confirmet. Poſtcõio.

SEntiamus domine queſum⁹ tui perceptiõe ſacramẽti ſubſidiũ mentis ⁊ coꝛpoꝛis: vt ĩ vtroqꝫ ſaluati celeſtis remedij plenitudĩe gliemur. Per dñm. Feria quarta. Epyſtola. Ad coꝛinthios. ij. iiij.

FRatres: Nõ noſmetipſoſ pꝛedicamus: ſed ieſum chꝛiſtum dominum noſtrũ. Nos aũt ſeruos veſtros: per ieſũ. Quoniã deus qui dixit de tenebꝛis lucẽ ſplẽdeſcere: illuxit ĩ coꝛdib⁹ noſtris ad illuminationem ſcientie claritatis dei /in faciem chꝛiſti ieſu. Habemus aũt theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei/ et nõ ex nobis. In omnibuſ tribulationem patimur: ſed non ãguſtiamur. Apoꝛiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionem patimur: ſed non derelinqͥmur. Humiliamur: ſed non cõfundimur. Deijcimur: ſed non perimus. Semper moꝛtificationem ieſu xp̃i in coꝛpoꝛe noſtro circunferentes: vt ⁊ vita ieſu in coꝛpoꝛibus noſtris manifeſtetur. S. matheum. xi.

IN illo tꝑe: Cepit ieſus expꝛobꝛare ciuitatib⁹ in quibus facte ſũt plurime virtutes eius: qꝛ nõ egiſſent penitentiam. Ve tibi coꝛoſaim: ve tibi bethſaida. Qꝛ ſi ĩ tyꝛo et ſydone facte eſſent virtutes q̃ facte ſunt ĩ vobis: olim in cynere ⁊ cilicio penitentiam egiſſent. Verũtamen dico vobis: tyꝛo ⁊ ſydoni remiſſius erit in die iudicij q̃ vobis. Et tu capharnaum: nunquid vſqꝫ in celum exaltaberis? Vſqꝫ in infernum deſcẽdes. Qꝛ ſi ĩ ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſunt ĩ te: foꝛte manſiſſent vſqꝫ in hũc diem. Veruntamen dico vobis: quia terre ſodomoꝛum remiſſius erit in die iudicij: q̃ tibi. ¶ Dominica decimatercia. Ad miſſam. Officium.

Reſpice domine in teſtamētum tuum: ⁊ animas pauperum tuorum ne derelinquas ĩ finem: exurge domine iudica cauſam tuam ⁊ ne obliuiſcaris voces q̄rentiū te. P̄s. Ut q̄d deus repuliſti in finē: iratꝰ eſt furor tuus ſup̱ oues paſcue tue. Oratio.

Om̄ps ⁊ miſericors deus de cuius munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis queſumus: vt ad ꝓmiſſiões tuas ſine offēſione curramꝰ. Per do. Ad galathas. iij.

Fratres: Abrahe dicte ſūt promiſſiões: ⁊ ſemini eiꝰ. Nõ dicit ⁊ ſeminibꝰ q̄ſi ĩ multis: ſed q̄ſi ĩ vno ⁊ ſemini tuo q̇ eſt xp̄s. Hoc aūt dico teſtamētū ꝯfirmatū a deo: que poſt quadrigētos ⁊ trigĩta ãnos facta eſt lex: nõ irritū facit ad euacuãdã ꝓmiſſionē. Nã ſi ex lege eſſet hereditas: iã nõ eſt ex ꝓmiſſiõe. Abrahe aūt: ꝑ repromiſſionē donauit deꝰ. Quid igit̃ lex? Propter trãſgreſſionē poſita eſt: donec veniret ſemē cui ꝓmiſerat ordinata per ãgelos ĩ manu mediatoris. Mediator aūt vnius nõ eſt: deꝰ aūt vnꝰ eſt. Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei? Abſit. Si enĩ data eſſet lex q̄ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sꝫ ꝯcluſit ſcriptura omnia ſub pctõ: vt promiſſio ex fide ieſu xp̄i: daretur credentibꝰ.

Gr. Reſpice dñe ĩ teſtamētum tuum: ⁊ aĩas pauperꝝ tuorum ne obliuiſcaris ĩ finē. V. Exurge dñe et iudica cauſam tuã: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorꝝ. Allã. V. Qm̄ deus magnus dñs et rex magnꝰ ſup̱ omnem terram. Secūdū lucã. x. ca.

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vidēt que vos videtis. Dico enĩ vobis: ꝙ multi ꝓphete et reges voluerūt videre q̄ vos videtis ⁊ nõ viderūt. ⁊ audire q̄ auditis ⁊ nõ audierūt. Et ecce quidã legiſperitꝰ ſurrexit: tentãs illū et dicēs. Magiſter: q̄d faciendo vitã eternã poſſidebo? At ille dixit ad eū. In lege q̄d ſcriptū eſt? Quõ legis? Ille r̄ndens dixit. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua. ⁊ ex oĩbus viribꝰ tuis / ⁊ ex oĩ mente tua. et ꝓximū tuū ſicut teipſū. Dixitq꜃ illi. Recte r̄ndiſti. Hoc fac: ⁊ viues. Ille aūt volēs iuſtificare ſeipſū: dixit ad ieſū. Et q̇s eſt meꝰ proximꝰ? Suſpiciēs aūt ieſꝰ: dixit Hõ q̇dam deſcendebat ab hirl̄m ĩ hierico: ⁊ ĩcidit in latrones. Qui etiam deſpoliauerūt eū: ⁊ plagis ĩpoſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Accidit aūt vt ſacerdos q̇dã deſcenderet eadē via: et viſo illo p̄teriuit. Similiter ⁊ leuita cū eſſet ſecus locū ⁊ videret eū: ptrãſijt. Samaritanꝰ aūt q̇dã iter faciēs / venit ſecus eū: ⁊ vidēs eum mĩa motꝰ eſt. Et appropiãs alligauit vulnera eiꝰ: infūdēs oleū et vinū. Et ĩponens illū in iumētum ſuum: duxit in ſtabulū ⁊ curã eiꝰ egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios et dedit ſtabulario / et ait. Curam illius habe: ⁊ quodcunq꜃ ſup̱erogaueris: ego cum rediero reddã tibi. Quis horū triū: videtur tibi proximus fuiſſe illi q̇ incidit in latrões? At ille dixit. Qui fecit miſericordiã in illum. Et ait illi ieſꝰ. Uade: et tu fac ſimiliter. Offr. In te ſperaui domine dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hoſtias q̄s domine propicius intende: quas ſacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgētiam largiēdo tuo nomini dent honorem. Per dominum. Cõia. Panē de celo dediſti nobis domine habētē omne delectamētum et omnem ſaporē ſuauitatis. Poſtcomunio.

UIuificet nos domine q̄ſum⁹ huius participatio ſācta miſterij: ⁊ pariter nobis expiationem tribuat ⁊ munimen. Per dominū.

¶ Feria.iiij. Ad theſſalonicen.i.ij.

FRatres: Memores eſtꝫ laborum nr̄oꝝ/ ⁊ fatigationū noctes die operantes: ne quē veſtrum grauaremus. Predicauimus enim in vobis: euāgelium dei. Uos enim teſtes eſtis ⁊ de⁹: q̄ ſctē ⁊ iuſte ⁊ ſine q̄rela vobis qui credidiſtis affuim⁹ ſicut ſcitis. Qualiter vnūquēq; veſtrum tāq̄ pater filios ſuos dep̄cātes vos ⁊ conſolātes: teſtificati ſumus. Ut ābularetis digne deo: qui vocauit vos in regnū ſuum ⁊ gliaꝫ. Ideo ⁊ nos grās agim⁹ deo ſine intermiſſione: qm̄ cum accepiſſetis a nobis verbum auditus dei. Accepiſtis illud non vt v̄bum hoīm: ſed ſicut eſt vere v̄bum dei: qui operatur in vobis. Secūdum matheum.xij.

IN illo t̄pe: Abeūtes phariſei cōſilium faciebāt aduerſus ieſum: quomodo eum p̄derēt. Jeſus aūt ſciēs: receſſit inde. Et ſecuti ſūt eū multi: ⁊ curauit eos oēs Et p̄cepit eis ne manifeſtū eum facerēt: vt adimpleretur qđ dictū eſt p̄ yſayā p̄phetā dicentē. Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus in quo bene cōplacuit animo mee. Ponā ſpiritū meum ſuper eum: ⁊ iudicium gētibus nunciabit. Non contēdet neq; clamabit: neq; audiet aliquis ī plateis vocem eius. Arundinē quaſſatam non confringet: et lignum fumigans non extinguet/ donec eijciat ad victoriam iudicium. Et ī nomine eius: gentes ſperabunt.

¶ Dn̄ica.xiiij. Ad miſſā. Officium.

PRotector noſter aſpice deus et reſpice in faciem chriſti tui quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup millia p̄s. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit et deficit aīa mea in atria dn̄i. Or.

OMnipotēs ſempiterne deus: da nobis fidei ſpei ⁊ caritatis augmētum: ⁊ vt mereamur aſſequi quod p̄mittis fac nos amare quod precipis. Per. Ad galathas.v.cap.

FRatres: Spiritu ambulate: et deſideria carnis non p̄ficietis. Caro eni concupiſcit aduerſus ſp̄m: ſp̄us aūt aduerſus carnē. Hec enim ſibi inuicē aduerſātur: vt non quecunq; vultis illa faciatis. Qđ ſi ſp̄ū ducimini: nō eſtꝫ ſub lege. Manifeſta aūt ſunt opera carnis: q̄ ſūt fornicatio/ imundicia/ auaricia/ impudicicia/ luxuria/ ydoloꝝ ſeruit⁹. Ueneficia/ inimicicie/ ꝯtētiōes/ emulationes/ ire/ rixe/ diſſenſiones/ ſecte/ inuidie/ homicidia/ ebrietates/ comeſſationes: et his ſimilia. Que p̄dico vobis: ſicut p̄dixi. Qm̄ qui talia agūt: regnū dei nō ꝯſequētur. Fructus aūt ſp̄us eſt: caritas/ gaudiū/ pax/ patiētia/ longanimitas/ bonitas/ benignitas/ māſuetudo/ fides/ modeſtia/ ꝯtinētia/ caſtitas/ aduerſus huiuſmodi nō eſt lex. Qui autē ſunt xp̄i: carnē ſuā crucifixerunt: cū vicijs ⁊ cōcupiſcētijs. Gr. Bonū ē confiteri dn̄o: ⁊ pſallere noī tuo altiſſime. V⁹. Ad annunciādum mane miām tuā ⁊ veritatē tuā p̄ noctem. Allā. V. Confitemini dn̄o ⁊ inuocate nomen eius ānunciate inter gētes opera eius. Secundum lucā.xvij.

IN illo t̄pe: Cum iret ieſus in hier̄lm: trāſibat per mediam ſamariā ⁊ galileā. Et cum ingrederetur quoddā caſtellū: occurrerunt ei decē viri leproſi. Qui ſteterunt a longe: et leuauerunt vocem ſuam dicentes. Jeſu preceptor: miſerere noſtri. Quos vt vidit: dixit. Ite: oſtēdite vos ſacerdotibus. Et factū eſt dum irent: mundati ſunt. Unus autem ex illis vt vidit quia mūdatus ʒ: regreſſus ʒ cum magna voce magnificās deum. Et cecidit in faciē ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpondēs aūt ieſus: dixit. Nōne decē mūdati ſunt: ⁊ nouē vbi ſūt? Nō ʒ inuētus q̄ rediret ⁊ daret glīam deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: qꝛ fides tua: te ſaluū fecit. Offᵃ. Immittit āgelū dn̄s ī circuitu timētiū eum ⁊ eripiet eos guſtate ⁊ videte q̄m ſuauis eſt dn̄s. Secreta.

Propiciare dn̄e populo tuo ꝓpiciare muneribꝰ vt hac oblatione placatus ⁊ indulgentiam nobis tribuas: ⁊ poſtulata concedas Per. Cōio. Panis quē ego dedero caro mea ʒ ꝓ ſeculi vita. Poſtcōio.

Sumptis domine celeſtibꝰ ſacramētis: ad redēptionis eternē q̄s ꝓficiamus augmētū. P dn̄m

¶ Feria. iiij. Ad corinthios. ij. vj.

Fratres: Nolite iugū ducere cū infidelibus: ſꝫ cū fidelibus Que eni participatio iuſticie cū iniquitate? Aut q̄ ſocietas luci ad tenebꝛas? Que aūt conuentio chꝛiſti ad belial? Aut que pars fidelis cum infideli? Quis autē conſenſus templo dei cū ydolis? Uos aūt eſtis tēpluꝫ dei viui: ſicut dicit deus. Quoniam inhabitabo ī illis ⁊ inābulabo inter eos: ⁊ ero illoꝝ dn̄s/ ⁊ ipſi erunt michi populꝰ. Propter quod exite de medio eoꝝ: ⁊ ſeparamini dicit dn̄s. Uos qui poꝛtatis vaſa domini: ⁊ immundū ne tetigeritis. Et ego recipiam vos ⁊ ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios ⁊ filias/ dicit dominus omp̄s. Has igitur pꝛomiſſiones habētes cariſſimi: mundemus nos ab oī inquinamēto carnis ⁊ ſpiritus. Perficiētes ſctificationē: in timoꝛe dei. Scd̄m lucā. xij.

In illo t̄pe: Ait ad ieſū quidā de turba Magiſter/ dic frī meo vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei. Hō/ quis me ꝯſtituit iudicē aut diuiſoꝛē ſupꝛa vos? Dixitq̄ ad illos. Uidete/ ⁊ cauete ab oī auaricia: qꝛ non ī abundātia cuiuſq̄ vita eiꝰ eſt ex his q̄ poſſidet. Dixit autē ſimilitudinē ad illō: dicēs. Hoīs cuiuſdā diuitis vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra ſe dicens. Quid faciā: qꝛ nō habeā quo cōgregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Deſtruā hoꝛrea mea ⁊ maioꝛa faciā: et illuc cōgregabo oīa q̄ nata ſūt michi/ ⁊ bona mea/ ⁊ dicam aīe mee. Aīa habes multa bona poſita ī ānos plurimos: requieſce. comede. bibe ⁊ epulare. Dixit aūt illi deus. Stulte/ hac nocte aīam tuam repetūt a te: q̄ aūt paraſti cuiꝰ erūt? Sic eſt q̄ ſibi theſauriʒat: ⁊ nō ʒ ī deo diues. Dixitq̄ ad diſcipulos ſuos Ideo dico vobis. Nolite ſolliciti eſſe aīe vrē q̄d māducetis: neq̄ coꝛpoꝛi vrō quid īduamini. Aīa plus eſt q̄ eſca: et coꝛpus pluſq̄ veſtimētū. Cōſiderate coꝛuos/ quia non ſeminant neq̄ metunt: quibus non eſt celarium neq̄ hoꝛreum: et deus paſcit illos.

¶ Dn̄ica. xv. Ad miſſam. Officium.

Inclina dn̄e aurem tuā ad me ⁊ exaudi me ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperātem ī te miſerere michi domine q̄m ad te clamaui tota die. Ps. Letifica aīam ſerui tui: q̄m ad te dn̄e aīam meā leuaui. Oro.

Cuſtodi dn̄e q̄s eccliā tuā ꝓpiciatiōe ꝑpetua: ⁊ qꝛ ſine te labit hūana moꝛtalitas: tuis ſp̄ auxiliis ⁊ abſtrahat a noxiis/ ⁊ ad ſalutaria dirigat P d̄. Ad galathas. vi.

Fratres: Si ſpiritu viuimus: ſpū ⁊ ābulemus. Nō efficiamur inanis gloꝛie cupidi: inuicē pꝛovocātes/ inuicē inuidētes. Fratres/ ⁊ ſi p̄occupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſp̄ūales eſtis hm̄ōi inſtruite ī ſp̄ū lenitatꝫ. Cōſiderās teip̄m: ne ⁊ tu tenteris. Alter alterius onera portate: et ſic adimplebitis legem xp̄i. Nā ſi q̄s ſe exiſtimat aliq̄d eſſe cū nichil ſit: ipſe ſe ſeducit. Op⁹ aūt ſuū p̄bet vnuſquiſqꝫ: ⁊ ſic in ſemetipſo tm̄ gl̄iā habebit/ ⁊ nō ī altero. Vnuſquiſqꝫ eni: onus ſuū portabit. Cōicet aūt is qui cathecizatur v̄bo: ei q̄ ſe cathecizat in oībus bonis. Nolite errare: de⁹ nō irridetur. Que ei ſeiauerit hō: hec ⁊ metet. Qm̄ q̄ ſeminat ī carne ſua: de carne et metet corruptionem. Qui aūt ſeminat in ſp̄ū: de ſp̄ū metet vitā eternā. Bonum aūt faciētes nō deficiam⁹: tp̄e eni ſuo metemus nō deficiētes. Ergo dū tp̄s habemus: operemur bonū ad oēs. Maxie autē: ad domeſticos fidei. Gr. Bonum eſt confidere ī dn̄o q̄ ꝯfidere ī hoie. V⁹. Bonū eſt ſperare ī dn̄o q̄ ſperare in p̄ncipibus. Allā. V. Paratū cor meū de⁹ paratum cor meū cātabo ⁊ pſallā tibi in gl̄ia mea. S. math. vi.

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duob⁹ dn̄is ſeruire. Aut eni vnū odio habebit ⁊ alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit ⁊ alterū ꝯtēnet. Non poteſtis deo ſeruire: ⁊ mammone. Ideo dico vobꝫ: ne ſolliciti ſitꝫ aīe vr̄e q̄d mēducetis/ neqꝫ corpori vr̄o q̄d induamini. Nōne aīa pl⁹ eſt q̄ eſca: ⁊ corpus pluſq̄ veſtimētū? Reſpicite volatilia celi/ q̄m nō ſerūt neqꝫ metūt neqꝫ ꝯgregāt in horrea: ⁊ p̄r vr̄ celeſtis paſcit illa. Nōne vos magꝫ pluris eſtis illis? Quis aūt vr̄m cogitans pōt adiicere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū? Et de veſtimēto q̄d ſolliciti eſtis? Cōſiderate lilia agri quō creſcūt. Non laborāt: neqꝫ nēt. Dico aūt vobis: q̄m nec ſalomon in oī gl̄ia ſua/ coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si aūt fenū agri q̄d hodie eſt et cras in clibanū mittit de⁹ ſic veſtit: q̄tomagis vos minime fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes: quid māducabim⁹ aut q̄d bibem⁹. aut q̄ operiemur. Hec eni oīa: gētes inquirunt. Scit eni pater vr̄: q̄ his oībus indigetis. Querite ergo p̄mū regnum dei: ⁊ iuſticiā ei⁹: et hec oīa adiicietur vobis. Off. Expectans expectaui dominū ⁊ reſpexit me: et exaudiuit deprecationem meā ⁊ immiſit in os meum cāticum nouum hymnum deo noſtro. Secreta.

Concede nobꝫ dn̄e q̄s vt hec oblatio ſalutarꝫ et nr̄oꝝ fiat purgatio pctōꝝ ⁊ tue p̄piciatio pietatis. p. Co. Qui māducat carnem meā ⁊ bibit ſāguinē meū: in me manet ⁊ ego in eo dicit dn̄s. Poſtcōio.

Purificent ſemper ⁊ muniant tua ſacramenta nos deus: et ad perpetue ducāt ſaluationis effectum. Per. ¶ Fer. iiij. Ad thim. i. i.

Cariſſime: Scimus autem q̄ bona eſt lex: ſi quis ea legitime vtatur. Sciētes hoc q̄ iuſto nō eſt lex poſita: ſed iniuſtis ⁊ non ſubditis/ impiis ⁊ pctōrib⁹/ ſceleratis et contaminatis patricidis et matricidis/ homicidis/ fornicariis maſculorum concubitoribus/ plagiariis/ mendacibus/ ⁊ periuris. Et ſi q̄d aliud ſane doctrine aduerſatur q̄ eſt ſcd̄m euāgelium glorie b̄ti dei quod creditū ē michi. Gr̄as ago ei qui me confortauit in xp̄o ieſu dn̄o noſtro: q̄ fidelē me exiſtimauit ponēs ī miſterio: q̄ p̄us fui blaſphem⁹ ⁊ p̄ſecutor ⁊ ꝯtumelioſ⁹. Sꝫ miſericordiā dei ꝯſecut⁹ ſū: q̄ ignorās feci ī incredulitate. Superabundauit aūt gr̄a dn̄i noſtri cū fide ⁊ dilectiōe: q̄ eſt in xp̄o ieſu dn̄o noſtro. Scd̄m lucā. xv. ca.

IN illo tp̄e: Factum eſt in vna dieꝝ docēte ieſu ppłm i tēplo et euāgelizāte: ꝯuenerunt ꝓncipes ſacerdotū ⁊ ſcribe cum ſeniorib⁹/ ⁊ aiūt dicētes ad illū. Dic nobis in q̄ poteſtate hec facis: aut q̄s eſt q̄ dedit tibi hāc poteſtatē? Rn̄dens aūt ieſus: dixit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnū ſermonē: rn̄dete michi. Baptiſm⁹ iohānis de celo erat: an ex hoībus? At illi cogitabāt itra ſe: dicētes. Quia ſi dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſunt enim: iohannem prophetam eſſe. Et reſpōderunt ſe neſcire: vnde eſſet. Et ieſus ait illis. Neq̃ ego dico vobis: in qua poteſtate hec facio.

¶ Dn̄ica. xvi. Ad miſſā. Officium.

MIſerere michi domine quoniā ad te clamaui tota die qꝛ tu domine ſuauis ac mitis es et copioſus ī mia omnibus inuocātib⁹ te. Ps. Inclina dn̄e aurem tuā et exaudi me: quoniam inops et pauper ſum ego. Oratio.

ECcleſiam tuā dn̄e q̄s miſeratio continuata mundet ⁊ muniat: ⁊ quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere: tuo ſemꝑ munere gubernetur. Per dn̄m. Ad epheſios. iij.

Fratres: Tabernaculū factū eſt pꝛimū in quo erāt candelabꝛa ⁊ menſa: ⁊ ꝓpoſitio panū quod dicitur ſctā. Poſt velamētū autem ſecundū tabernaculū qđ dicitur ſācta ſctōꝝ: habēs aureū thuribulū ⁊ archā teſtamēti circuntectā ex omni parte auro. In q̄ erat vꝛna aurea habēs māna ⁊ virga aaron q̄ frondueraт et tabule teſtamēti: ſuꝑ que erāt cherubin gloꝛie obumbꝛantia pꝛopiciatoꝛium de quibus non eſt modo dicēdum per ſingula. His vero ita compoſitis: in pꝛioꝛi quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificioꝝ officia conſummantes. In ſecundo autem: ſemel in anno/ ſolus pontifex non ſine ſāguine quem offert pꝛo ſua et populi ignoꝛantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto nondum pꝛopalatā eſſe ſctōꝝ viā: adhuc pꝛioꝛi tabernaculo habente ſtatum. Que parabola eſt tempoꝛis inſtātis: iuxta quā munera ⁊ hoſtie offeruntur/ q̄ non poſſunt iuxta cōſcientiā perfectū facere ſeruientē. Solūmodo in cibis et in potibus et varijs baptiſmatib⁹ et iuſticijs carnis: vſq; ad tēpus coꝛrectionis īpoſitis. Chꝛiſtus aūt aſſiſtens pontifex futuroꝝ bonoꝝ: per amplius ⁊ perfectius tabernaculū nō manufactū/ id eſt nō huius creationis: neq; per ſanguinem hyrcoꝝ aut vituloꝝ: ſed per pꝛopꝛiū ſanguinem introiuit ſemel in ſctā/ eterna redēptione inuenta. Duo clerici de ſecunda foꝛma ī cappis ſuis nigris ad gradum choꝛi ſimul dicāt. Tr.

Laudate dñm omnes gētes: ⁊ collaudate eum oēs ppl̄i. V. Quoniā ꝯfirmata eſt ſuper nos miſericoꝛdia ei⁹: ⁊ veritas domini manet in eternum. Sc̄dm lucam. xiij.

In illo tp̄e: Dicebat ieſus turbis ſimilitudinē hanc. Arboꝛē fici habebat quidā plātatā in vinea ſua: et venit querens fructū in illa/ et non inuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce anni tres ſunt ex quo venio querens fructū ī ficulnea hac et nō inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiā terrā occupat? At ille reſpondēs: ait illi. Dñe/ dimitte illā ⁊ hoc āno: vſq; dū fodiā circa illā et mittā ſtercoꝛa. Et ſiquidem fecerit fructū: ſin autē/ in futurum ſuccides eā. Erat aūt docēs ī ſynagoga eoꝝ: ſabbatꝫ. Et ecce mulier q̄ habebat ſp̄m īfirmitatꝫ ānis decē ⁊ octo: et erat īclinata/ nec potat oīno ſurſū reſpicere. Quā cū videret ieſus: vocauit eam ad ſe/ ⁊ ait illi. Mulier: dimiſſa es ab īfirmitate tua. Et impoſuit illi manus: ⁊ cōfeſtim erecta eſt ⁊ gloꝛificabat deum. Reſpōdens autem archiſynagogus indignās quia ſabbato curaſſet ieſus: dicebat turbe. Sex dies ſunt in quibus opoꝛtet operari: in his ergo venite et curamini/ ⁊ non in die ſabbati. Reſpondit autem ad illum dominus: et dixit. Hypocrite: vnuſquiſq; veſtrum ſabbato non ſoluit bouē ſuum. aut aſinum a p̄ſepio ⁊ ducit adaquare? Hanc autem filiam abꝛahe quam alligauit ſathanas ecce decem et octo annis: non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati? Et cũ hec diceret: erubeſcebãt omnes aduerſarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuerſis: que glorioſe fiebãt ab eo. Offerto. Domine deus ſalutis mee in die clamaui et nocte corã te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Secreta.

Quęſumꝰ domine nr̃is placare muneribꝰ et ieiunijs: quoniã tu eadẽ tribuis vt placeris. Per dominum. Cõmunio. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael cũ educerem eos de terra egypti ego dominus deus veſter. Poſtcõio.

Perficiant in nobis domine q̃ſumꝰ tua ſacramenta q̃d continent: vt que nũc ſpecie gerimus/ rerum veritate capiamus. Per do.

In dedicatione eccliẽ. Officium.

Terribilis eſt locꝰ iſte hic domꝰ dei eſt ⁊ porta celi ⁊ vocabitur aula dei. In tp̃e paſch. allã. Ps. Dñs regnauit decorẽ indutus eſt: īdutus eſt dominꝰ fortitudinẽ ⁊ precinxit ſe. Oro.

Deus qui nobis per ſingulos annos huiꝰ ſancti templi tui conſecrationis reparas diem ⁊ ſacris ſemper myſterijs repreſentas incolumes: exaudi p̃ces populi tui et p̃ſta: vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cũcta ſe impetraſſe letetur. Per dñm

Lectõ libri apoca. btĩ iohis apli. xxi.

In diebus illis: Ego iohãnes vidi ciuitatẽ ſanctã hieruſalẽ nouam deſcendẽtem de celo: a deo paratã ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam: de throno dicentem. Ecce tabernaculũ dei cũ hoĩbus: et habitabit cũ eis. Et ipſi populꝰ eius erũt: ⁊ ipſe deꝰ cũ eis erit eorũ deꝰ. Et abſterget deus omẽ lachrymã ab oculis eorũ: et mors vltra nõ erit neq; luctꝰ/ neq; clamor/ neq; dolor erit vltra/ que prima abierũt. Et dixit q̃ ſedebat ĩ throno: ecce noua facio omĩa. Gr. Locus iſte a deo factꝰ eſt ineſtimabile ſacramẽtum irreprehẽſibilis eſt. V. Deus cui aſtat ãgelorũ chorꝰ exaudi preces ſeruorum tuorũ. Allã. V. Adorabo ad templum ſctm̃ tuũ et confitebor nomini tuo. Hec duo Allã. ſequentia dicuntur alternis vicibus per oct. niſi in dñicas ĩ octaua die. Alleluya. V. O q̃ metuẽdus et venerãdus eſt locus iſte: vere nõ eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi. Allã. V. Fundata eſt domꝰ dñi ſup verticẽ mõtiũ ⁊ exaltata eſt ſuper oẽs colles. Licet in xl. hoc feſtũ euenerit/ dicitur iſta ſequentia.

Hieruſalẽ ⁊ ſyõ filie cetꝰ oĩs fidei curie melos pãgat iugis leticie. Allã. Xp̃s enĩ deſponſat hodie matrẽ nr̃am norma iuſticie quã de lacu traxit miſerie eccleſiam. In ſpũſſcti clementia ſpõſa ſpõſi letatẽ gr̃a a reginis laudꝫ cũ glĩa felix dicta. Nos vt dat creſcit leticia q̃ dos ꝑta triplex potẽtia tãgẽs celũ terras et ſtigia, iuſticia. Mira loquor ſed ſana credere federatã tã largo munere de pprio pduxit latere deꝰ homo. Formarẽ vt ſic eccliã figurauit impari glia ade coſta formata femina hoſtis eua. Eua fuit nouerca poſteris hec eſt mater electi generis vite portus aſilum miſeris ⁊ tutela. Pulchra potẽs partu mirabilis vt luna ſol fulget ſpectabilis plꝰ acie multo terribilis ordinata. Multiplex eſt ſingularis vna generalis et indiuidua omnis cui ſexus ſimul vna parit turmas. Hec ſignata iordanis fluctibus hec q̃ venit e terre finibus ſcientiã audire comnus ſalomonis. Sic tipicis deſcripta ſēſibꝰ nuptiaꝝ īduta veſtibꝰ celi ꝑſtet hodie ciuibꝰ xp̄o iūcta. O ſolēne feſtū iuſticie quo vnit̄ xp̄s eccl̄e in qua nr̄e ſalutis nuptie celebrāt̄. Terꝰ felix dulce cōuiuiū lapſis ibi dat̄ ſolatiū deſperatis offert̄ ſpaciū reſpirādi. Juſtis inde ſoluunt̄ premia āgeloꝝ nouāt̄ gaudia leta nimis q̄ facit gratia caritatis. Ab eterno fōs ſapiētie īuitu ſoliꝰ gr̄e ſic preuidit in rerum ſerie hec futura. Xp̄s ergo nos ſuis nuptiis recreatos veris diuitiisītereſſe faciat ſociis electorum. Infra lxx. vſq; ad caput ieiunii ī oc. īnī. huiꝰ feſti dr̄ tp̄.

OQuā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: ꝯcupiſcit ⁊ deficit aīa mea ī atria dn̄i. V. Cor meū et caro mea exultauerūt ī deū viuū. V. Etenim paſſer inuēit ſibi domū ⁊ turtur nidū ſibi vbi reponat pullos ſuos. V. Altaria tua dn̄e virtutū rex meꝰ et deꝰ meꝰ. V. Beati q̄ habitāt ī domo tua in eternū laudabūt te dn̄e. In tp̄e paſch. erit ſcd̄m Allā. de reſurrectione quotidie per oct. et in oct. et etiā ī prima die. Scd̄m lucā. xix.

IN illo tp̄e: Egreſſus ieſꝰ perambulabat hierico. Et ecce vir noīe zacheus: ⁊ hic erat p̄nceps publicanoꝝ ⁊ ipſe diues. Et q̄rebat videre ieſum q̄s eſſet: ⁊ nō poterat pre turba/ q2 ſtatura puſillus erat. Et precurrēs aſcēdit ī arborē ſycomoꝝ vt videret eū: q2 inde erat trāſiturus. Et cū veniſſet ad locum ſuſpiciēs ieſus vidit illum: et dixit ad eū. zachee feſtinās deſcēde: q2 hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit illum gaudēs. Et cū viderēt omnes: murmurabāt dicētes q2 ad hoīem pctōrē diuertiſſet. Stās aūt zacheꝰ dixit ad dn̄m. Ecce dimidium bonorum meoꝝ dn̄e do pauperibꝰ: et ſi quid aliq̄ꝫ defraudaui reddo quadruplū. Ait ieſꝰ ad eū. Q2 hodie ſalus huic domui facta eſt: eo q2 ⁊ ipſe filiꝰ ſit abrahe. Venit enī filiꝰ hoīs q̄rere ⁊ ſaluū facere: quod perierat. Offer. Dn̄e deus in ſimplicitate cordis mei letus obtuli vniuerſa: ⁊ populū tuū q̄ repertꝰ eſt vidi cū īgēti gaudio deus iſrl̄ cuſtodi hāc voluntatem. In tp̄e paſc. allā. Secreta.

ANnue q̄s dn̄e precibꝰ nr̄is: vt quicūq; intra tēpli huiꝰ (cuiꝰ anniuerſariū dedicationis diē celebramꝰ) ābitū cōtinemur: plena tibi atq; ꝑfecta corporis ⁊ aīe deuotiōe placeamus: vt dū hec preſētia vota reddimꝰ/ ad eterna premia te adiuuāte ꝑuenire mereamur. Per dn̄m Prefatio q̄tid. Cōio. Domus mea domus orationis vocabit̄ dicit dominus; in ea omnis qui petit accipit/ ⁊ qui querit inuenit et pulſanti aperietur. In tēpore paſchali. alleluya alleluya. Poſtcommunio.

DEus qui eccl̄iam tuā ſpōſam vocare dignatꝰ es/ vt que habebat grātiā per fidei deuotionem haberet etiā ex noīe dignitatem: da vt ois hec plebs tuo noī ſeruiēs huius vocabuli ꝯſortio digna inueniatur. Qui viuis. Si hoc feſtū a lxx vſq; ad paſcha ꝯtigerit/ dr̄ ī fine miſſe Benedicamus dn̄o. Si autem alio tempore āni finiatur. cum Ite miſſa eſt. ¶ Per totas oct. dr̄ eadem de dedicatione q̄ſcūq; hoc feſtum ſcꝫ ab oct. epypha. vſq; ad lxx. ⁊ ab oct. paſche vſq; ad aſceū. domini vel a feſto ſancte trinit̄. vſq; ad aduē. domini ꝯtigerit/ niſi feſtū. ix. l. interueniat ſine ſequētia ⁊ Credo. tamen ſi ſit dominica dicitur iſta ſequentia:

LEtabūdꝰ exultet fidelis chorus celi curie. Cū iocūdus ornatur regine thorus regi glorie In tali cōnubio nubit lappa lilio ſoli ſtella. Cum miro conſortio anime ſit vnio dei cella. Celebrātur hodie chriſti ⁊ eccleſie caſte nuptie. Sicut iungit ſpiritum homo deo ſubditū iugo gratie In hoc patrocinio caro dei filio nupſit nobili. Ipſe vero filius ſummus et eximius ceſſit humili. Ima ſummus petijt ⁊ ſponſā expetijt quam de nigra geſtijt candidare Fecit quod diſpoſuit q; fedā potuit quātō ſibi placuit emundare. Ancilla propera. Ut fias libera. Cū viro regnās ſceptrigera. Spōſū ꝯſidera. Quē velat littera. Ipſū reuelat fides vera.. Scḋm luca. vi.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Omnis qui venit ad me ⁊ audit ſermones meos et facit eos: oſtēdā vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt hoī edificāti domū: qui fodit in altū ⁊ poſuit fundamētū ſupra petrā. Inundatione autē facta illiſum eſt flumen domui illi/ ⁊ non potuit eam mouere. Fūdata enim erat: ſupra firmam petrā. Credo.

¶ In octa. dedicandis eccleſie oīa cantāt ſicut in pͥma die cum hac ſeq̄.

QUamdilecta tabernacula domini virtutum et atria. Quā electi architecti tuta edificia. Que non mouent immo fouent ventus flumen pluuia. Quamdecora fundamenta per concina ſacramenta vmbre precurrentia. Latus ade dormientis euam fudit immanētis copule primordia. Archā ligno fabricatā noe ſeruās gubernatā ꝑ mūdi diluuium. Prolem ſera tandē leta anus ſara ridet leta noſtrum lactās gaudium. In biuio tegēs nuda geminos parit ex iuda thamar diu vidua. Sic moyſes a puella dum ſe lauit in fiſcella reperitur cirpea. Hinc mas agnus immolatur quo iſrael ſatiatur eius tictus ſanguine. Hic venit auſtri regina ſalomonis quā diuina condit ſapiētia. Hec eſt nigra ſed formoſa myrra et thure fumoſa virga pigmētaria. Sic futura que figura obumbrauit reſerauit nobis dies gratie. Iam in lectulo cū dilecto quieſcamus ⁊ pſallamus aſſunt enim nuptie. Quarū tonat initium in tubis epulantium et finis per pſalterium. Sponſum milena millia vna laudant melodia ſine fine dicentia alleluya alleluya Secundum iohannem. x. capitulo.

IN illo tempore: Facta ſūt encenia in hieroſolimis: ⁊ hyēs erat et ambulabat ieſus in templo in porticu ſalomonis. Circumdederunt ergo eum iudei: et dixerunt ei Quouſq; animam noſtram tollis? Si tu es chriſtus: dic nobis palam? Reſpondit eis ieſus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec teſtimonium perhibēt de me. Sed vos non creditis: quia non eſtis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiunt: et ego cognoſco eas et ſequuntur me/ ⁊ ego vitam eternam do eis. Et non peribunt in eternū: et nō rapiet eas qſq̄ de manu mea Pater meus quod dedit michi maius omnibus eſt: ⁊ nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Non dicit Credo niſi dominica fuerit. Si hoc feſtū a capite ieiu. vſq; ad cenā domini cōtigerit/ nichil fiat de fe. niſi tātū in pͥma die p̄ter memo. īfra oct. ⁊ i oct.

¶ In conſecratione ecclīe. Officiū.

TErribilis eſt locus iſte hic dom⁹ dei eſt ⁊ porta celi: ⁊ vocabitur aula dei. In tempore paſchali. alleluya. Pſ. Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem et precinxit ſe. Oratio.

Deus qui ſacrādoꝛum tibi auctoꝛ es munerum effunde ſup hāc oꝛonis domum bn̄dictionē tuā vt ab oībus inuocātibus nomē tuū defēſionis tue auxiliū ſētiatur. P. Epla. Ego iohānes. vt ſ̄ i die dedicatio. Gr. Locus iſte a deo factus eſt ineſtimabile ſacramentum irreprehenſibilis eſt. V. Deus cui aſtat angeloꝝ choꝛus exaudi p̄ces ſeruoꝝ tuoꝝ. Allā. V. Adoꝛabo ad templū ſcm̄ tuum ⁊ cōfitebor noī tuo. Seq̄. Quā dilecta. vt ſ̄. in octa. dedicationis. Euāge. Egreſſus ieſus pābulabat. vt ſ̄ in die dedicationis Offr. Domine deus in ſimplicitate coꝛdis mei letus obtuli vniuerſa: et pplm̄ tuū qui repertꝰ eſt vidi cū ingenti gaudio deus iſrael cuſtodi hāc volūtatē. In tp̄e paſ. allā. Sec.

Deus qui in omni loco dominationis tue totus aſſiſtis et totus operaris: accepta ſacrificiuꝫ nomini tuo benignus oblatum et huius domus cuius es fundatoꝛ eſto protectoꝛ: vt in virtute ſpiritusſancti fiat hic ſemper ſeruientium etiam tibi deuota libertas. Per dominū. in vnita. eiuſdē. Cō. Domꝰ mea domus oꝛonis vocabitur dicit dn̄s: in ea oīs qui petit accipit ⁊ qui querit inuenit ⁊ pulſāti aperietur. In tp̄e paſcha. allā allā. Poſtcōio.

Sacramentis domine refecti ſalutaribus gratias tibi referimus: reple queſumus hoc templuꝫ tue glīa maieſtatꝫ: vt ī honoꝛē noīs tui fiat pplo tuo domꝰ oꝛonis. P do.

¶ In recōciliatiōe eccleſie. Offm̄.

Dum ſanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuerſis terris et effundam ſuper vos aquā mundā et mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris ⁊ dabo vobis ſpiritum nouū. In tēpoꝛe paſchali. allā Ps. Bn̄dicam dn̄m in omni tēpoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. Oro.

Deus qui dixiſti domꝰ mea domus oꝛationis vocabitur: domum iſtā gentiū ſpurcicijs cōtaminatā mundare ⁊ ſanctificare digneris: vt omnium preces ⁊ vota in loco hoc ad te clamātium exaudias ⁊ benigne perficias. Qui viuis ⁊ re. Epla. Ego iohannes vidi. ſicut in die dedicationis. Gr. Tollite hoſtias ⁊ introite in atria eius: adoꝛate dn̄m in aula ſācta eius. V. Reuelauit dn̄s condenſa: ⁊ in templo eiꝰ omnes dicent gloꝛiā. Alleluya. Vꝰ. Cōfitemini domino ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Secundum lucam. vi.

In illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nō eſt arboꝛ bona que facit fructus malos: neq̄ arboꝛ mala faciens fructum bonum. Vnaqueq̄ eni arboꝛ: de fructu ſuo cognoſcitur. Neq̄ eni de ſpinis colligūt ficus: neq̄ de rubo vindemiāt vuā. Bonꝰ homo de bono theſauro coꝛdis ſui pꝛofert bonum: ⁊ malus homo de malo theſauro ꝓfert malum. Ex abundantia enim coꝛdis: os loquitur. Quid enim vocatꝫ me domine domine: et non facitis que dico? Omnis qui venit ad me et audit ſermones meos ⁊ facit eos: oſtēdam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt hoī edificāti domum: qui fodit ī altum ⁊ poſuit fundamentū ſupꝛa petram. Inundatione aūt facta: illiſum eſt flumen domui illi/⁊ nō potuit eā mouere. Fūdata enim erat ſupꝛa firmam petram. Offr. Oraui deum meum ego daniel dicēs exaudi domine p̄ces ſerui tui illumina faciem tuā ſup ſanctuariū tuū: ꝓpicius intende populū iſtū ſuper quem inuocatū eſt nomē tuū deus.

In tp̄e paſch. alleluya allā. Secꝛ.

Hec hoſtia q̄s dn̄e et locū iſtuꝫ ab inſidijs iniquoꝝ vel patrate offenſionis expurget ⁊ ſupplicationes nr̄as hic ⁊ vbiqꝫ reddat acceptas. Per dn̄m. Cō. Acceptabis ſacrificium iuſticie oblatiōes ⁊ olocauſta ſuper altare tuum dn̄e. In tp̄e paſchali. alleluya allā. Poſtc.

Percipientes domine munera ſalutꝫ eterne te ſupplices exoramꝰ: vt tēplū hoc vel cimiterium a barbaboꝛū vel iniquoꝝ inq̄namētis emūdatū tua bn̄dictione maneat ſanctificatum: et pectoꝛa noſtra ab omni ſoꝛde vicioꝝ aliena tibi ſēper aſſiſtāt deuota. Per dominum.

¶ Ad miſſā dicendā dum ſacerdos induit ſe ſacris veſtibus dicat hyꝰ.

Veni creatoꝛ ſpiritus mentes tuoꝛum viſita imple ſuperna gratia que tu creaſti pectoꝛa. Qui paraciptꝰ diceris donum dei altiſſimi fons viuus ignis charitas et ſpiritalis vnctio. Tu ſeptifoꝛmis munere dextre dei tu digitus tu rite pꝛomiſſuꝫ patris ſermone ditans guttura. Accende lumen ſenſibus infunde amoꝛem coꝛdibꝰ infirma noſtri coꝛpoꝛis virtute firmans perpetim. Hoſtem repellas longius pacemqꝫ dones pꝛotinus ductoꝛe ſic te pꝛeuio vitemus omne noxium. Per te ſciamus da patrem noſcamus atqꝫ filium te vtriuſqꝫ ſpiritum credamus omni tempoꝛe. Sit laus patri cum filio. ſancto ſimul plaraclito nobiſqꝫ mittat filius cariſma ſācti ſpiritus. Amen. V. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. R. Et renouabis faciem terre. Oꝛatio.

Deus cui omne coꝛ patet ⁊ omnis voluntas loq̄tur et quem nullū latet ſecretū: purifica ꝑ infuſionē ſcti ſpūs cogitationes coꝛdis noſtri: vt te ꝑfecte diligere et digne laudare mereamur. Per xp̄ꝫ. Deīn ſeq̄t ān. Introibo ad altare dei. Ps. Iudica me deꝰ ⁊ di. totus ps dr̄ cū Gl̄ia pr̄i. Deīde dr̄ ā. Introibo ad altare dei ad deū q̄ letificat iuuētutem meā. Kyrie el. Xp̄e el. Kyrie el. Pr̄ nr̄. Aue maria. His finitꝫ ⁊ officio miſſe īchoato cū poſt offm̄ Gl̄ia pr̄i incipit. accedat ſacer. cū ſuis miniſtris ad gradū altaris ⁊ dicat tp̄e confeſſionē / dyacono aſſiſtēte a dextris ⁊ ſubdyacono a ſiniſtrꝫ hoc modo incipiendo. Et ne nos. Sed libera. Confitemini domino qm̄ bonꝰ. Qm̄ in ſeculū mīa eius. Confiteoꝛ deo / beate marie / oībus ſctis ⁊ vobis: qꝛ peccaui nimis cogitatione / locutione / et opere mea culpa. pꝛecoꝛ ſanctā mariā omnes ſctos dei: et vos oꝛare pꝛo me. Miniſtri reſpōdeant. Miſereatur veſtri oīps deus et dimittat vobis omnia pctā veſtra / liberet vos ab omni malo conſeruet et confirmet ī bono et ad vitā perducat eternam. Sacerdos. Amē. Et poſtea dicant. Confiteoꝛ. quo dicto dicat ſacer. Miſereatur. vrā. deinde dicat ſacerdos. Abſolutionē ⁊ remiſſionē oīm pctōꝝ veſtrorū / ſpaciū vere penitētie ⁊ emendationē vite / grām ⁊ ꝯſolationē ſcti ſpūs tribuat vobꝫ oīps ⁊ miſericoꝛs dn̄s. Miniſtri rn̄deāt. Amē. Et ſciēdū eſt ꝙ quicūqꝫ ſacerdos offm̄ exequat ſemꝑ ep̄s ſi pn̄s fue. ad gradū altaris dicat Cōfiteoꝛ. Miſereat. et Abſolutionē. Deinde ſacerdos dicat V. Adiutoꝛiū noſtrū. Qui fecit. Sit nomen. Ex hoc. Oꝛemus. Deinde finitis ꝑcibꝰ ſacerdos deoſculet dyaconū poſtea ſubdyaconū ita dicens. Habete oſculum pacis ⁊ dilectiōis vt apti ſitꝫ ſacroſctō altari ad ꝑficiēdū officia diuina. Et hoc ſiꝑ

p.iij.f.

obſeruet̃ ꝑ totū annū/niſi tm̄ i miſſis ꝓ defūctis/⁊ i tribꝰ primis ferijs ante paſca. His itaq; pactis ceroferarij cādelabra cū cereis ad gradū altaris dimittāt deīde accedat ſacerdos ad altare ⁊ dicat in medio altaris tacita voce īclinatoq; corpore ⁊ iunctis manibꝰ. Oremus. Oratio.

Aufer a nobis dn̄e q̄s oēs iniquitates nr̄as: vt ad ſācta ſāctorum puris mentibus mereamur introire. Per chriſtū. Tūc ſe erigat ſacer. ⁊ oſculet̃ altare ⁊ hoc ī medio et ſignet ſe i facie ſua ita dicens. In noīe pr̄is et filij ⁊ ſpūſſcti. Amē. Deinde ponat dyaconꝰ thus ī thuribulū ⁊ dicat ſacerdoti. Bn̄dicite et ſacerdos dicat. Dn̄s Ab ipſo bn̄dicat̃ hoc īcēſū: in cuiꝰ honore cremabit̃. In noīe pr̄is. ⁊c. Tūc diaco. ei thuribulū tradēs deoſculet̃ manus eiꝰ et ipſe ſacerd̄. thurificet mediū altaris ⁊ vtrūq; cornu altaris. pmo ī dextera ſcḋo i ſiniſtra parte/⁊ iteꝝ ī medio deīn ab ipſo dya. ipe ſacer. thurificet̃. ⁊ poſtea tertiū miniſterio ſubdya. ſacerd̄ deoſculet̃. His itaq; geſtis i dextro cornu alta. cū dyaco. et ſubd̄. offm̄ miſſe vſq; ad orōnē pſequatur: vel vſq; Glia in excel. qn̄ dr̄ Et poſt offm̄ ⁊ pſm repetatur offm̄ ⁊ poſtea dr̄ Gloria pr̄i. ⁊ Sicut erat. tercio repetat̃ offm̄. Et hoc per totū annum obſeruet̃ tā i dn̄icis q̄ i feſtis ſctōꝝ/⁊ in oc. ⁊ infra qn̄ chorus regit̃: ⁊ in oībꝰ miſſis de ſctā maria per totū ānū obſeruet̃ niſi in dn̄ica paſſionis dn̄i/et ab hinc vſq; ad cenam dn̄i ad miſſā ſcilꝫ de tp̄ali tm̄. tunc ſtati poſt pſm qui dr̄ poſt offm̄ reincipiat̃ offm̄ ſine Glia pr̄i. Poſt repetitionem officij principalis rector cho. offm̄ miſſe a cantore querere debet/deinde illud ſuo ſocio intimare ⁊ poſtea ſimul icipere. Et ſil̄r Kyrie. Sequentia offꝝ Sanctus. Agnꝰ dei. et Cōio q̄rant̃/itimēture et icipiāt̃. His finitis ⁊ officio miſſe inchoato cū poſt offm̄ Glia pr̄i. incipit̃/ tunc accedāt miniſtri ad altare ordinatim. pmo cerofer̃ duo parit̃ incedētes. deinde thuribularij. poſt ſubdyaconus. exinde dyaco. poſt eū ſacerd̄ dyaco. ⁊ ſubdy. caſulis indutis ſcꝫ q̄tidie ꝑ aduentū ⁊ a lxx vſq; ad cenā dn̄i qn̄ de tp̄ali dicit̃ miſſa: niſi i vigilijs et q̄ttuor tp̄ibꝰ manꝰ tn̄ ad modū ſacerdotis nō hn̄tibꝫ: ceteris vō miniſtris ſcꝫ cerofer̃. thur̃. et accolito i albis cū amictibꝰ exiſtētibꝰ. In alijs vō tp̄ibꝰ āni qn̄ de tp̄alibꝰ dr̄ miſſa ⁊ i feſtis ſctōꝝ totiꝰ anni vtātur dya. ⁊ ſubd̄. dalmaticis ⁊ tunicis niſi ī vigilijs ⁊ q̄ttuor tp̄ibꝰ niſi in vigil. paſche ⁊ pēthe. ⁊ nati. dn̄i ſi i dn̄ica ꝯtigerit: ⁊ excepto ieiunio q̄ttuor tp̄m qḋ celebrat̃ i ebd̄. pēthe. tūc dalmaticis ⁊ tunicis idui debēt. In die paraſceues/⁊ i rogatiōibus ad miſſā ieiunij ⁊ pceſ. et i miſſis dn̄icalibꝰ ⁊ ſctōꝝ q̄ in capitulo dr̄ tūc ei albis cū amictibꝰ vtāt̃ ita tn̄ q̄ i tp̄e paſch. de quocunq; dr̄ miſſa niſi in inuētiōe ſcē crucis vtātur miniſtri altaris veſtimentis albis ad miſſā. Sil̄r fiat i feſto ānunciat̃. btē marie ⁊ i ꝯceptiōe eiuſdē ⁊ in vtroq; feſto ſcti michaelis ⁊ in feſto ſcti iohis apl̄i i ebd̄. nati. dn̄i ⁊ ꝑ oct. aſſūp. ⁊ nati. btē marie ⁊ i ꝯmemorationibus eiuſdē ꝑ totū ānum et ꝑ oct. ⁊ in oct. dedicationis eccliſe Rubeis vero vtant̃ veſtimentis oībꝰ dn̄icis ꝑ ānum extra tp̄s paſ. qn̄ de dn̄ica agitur. ⁊ in. iiij. fer̃. i capite ieiunij. ⁊ i cena dn̄i ⁊ in vtroq; feſto ſcē crucis i q̄libet feſto martyrum aplōꝝ et euangeliſtaꝝ extra tp̄s paſche. In oībꝰ aūt feſtis vniꝰ ꝯfeſſoris vel plurimoꝝ ꝯfeſſoꝝ vtantur veſtimentis crocei coloris. Quo facto ſacer. et ſui miniſtri in ſedibꝰ paratis.

se recipiat ⁊ expectentibus ad Gloria in excelsis. quod incipiatur semꝑ in medio altaris quācunqȝ dicitur olbus dñicis per annum qñ Gloria in excelsis. dicitur/ dicitur vnum istorum pro dispositione cantoris.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.

¶ In oīb⁹ maiorib⁹ duplicib⁹ dicatur vnū istoꝝ p̄ dispositiōe cātoris.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.

¶ In olbus aliis duplicib⁹ dicitur vnū istorū pro dispositione cātoris



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.

¶ In vtroqȝ fest. sancti michaelis ⁊ in fest. sācti dunstani dr̄ hic cantus.



Gloria in excelsis deo.

¶ In omnibus festis ⁊ in oct. quando inuitatoriū a trib⁹ cātat̄ dr̄ vn⁹ istorum pro dispositione cantoris.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.

¶ In omnibus aliis festis simplicibus tam trium ꝙ̄ nouē lectionū in quibus chorus regitur dicatur vnum istorum cantuum.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deum.

¶ In olbus festis. iii. le. ⁊ in oct. qñ choꝛus nō regitur dicit̄ vnū iſtoꝝ.



Gloꝛia in excelſis deo.



Gloria in excelſis deo.

In cōmemoꝛatione beate marie dī hic cātus ꝑ totū annū qñ dicitur



Gloꝛia in excelſis deo

Niſi quādo vltimo fit ſeruitiū de ſācta maria āte aduētū dñi ⁊ ante lxx. ⁊ in oct. aſſū. ⁊ nati. btē marie: tunc enī dī ſequēs cantus tā a choꝛo ꝙ̄ a ſacerdote ⁊ ei⁹ miniſtris ad altare.



Gloria in excelſis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Bñdicimus te. Adoꝛamus te. Gloꝛificam⁹ te. Gratias agimus tibi pꝛopter magnam gloꝛiam tuam. Domine deus rex celeſtis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite ieſu chꝛiſte. Spiritus et alme oꝛphanoꝛum paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Pꝛimogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi: ſuſcipe depꝛecationem noſtram. Ad marie gloꝛiā. Qui ſedes ad dexterā patris: miſerere nobis. Quoniā tu ſolus ſctūs. Mariā ſanctificās. Tu ſolus dñs. Mariā gubernās. Tu ſolus altiſſimus. Mariā coronās. Jeſu chꝛiſte. Cū ſctō ſpū in glīa dei patris. Amē.

In oībus aliis miſſis qñ dicendum eſt/ dʒ ſine pꝛoſa. Poſt inceptionem Glīa in excel. diuertat ſe ſacerdos ad dextruʒ coꝛnu altaris ⁊ miniſtri cū eo ꝓſequentes: dyaconus a dextꝛis: ⁊ ſubdyacon⁹ a ſiniſtris ſubmiſſa voce dicant idem. In duplicib⁹ feſtis/ pꝛincipalis rectoꝛ choꝛi Gloꝛia in excelſis. quādo debet dici querit a cantoꝛe/ et ſacerdoti iniūgat. Notandum eſt ꝙ omnes clerici ſtare tenentur ad miſſam: niſi dum lectio ep̄le legitur: ⁊ grad. et Alleluya. vl tractus cantatur. In dupl. tamen feſtis ſtare tenētur oēs dum a choꝛo Allā. canitur. Pueri vero ſemꝑ ſint ſtantes ad miſſā choꝛo canente. Rectoꝛes vero choꝛi cum duo tm̄ habētur/ ſequantur per oīa regulā clericoꝛum de ſecunda foꝛma ad veſperas/ matutinas ⁊ ad miſſam/ niſi ꝙ ſemper dum choꝛus canit Alleluya ſtare tenentur: et in inceptionibus cantuum ad miſſā ad altare ſe conuertāt. In dupl. feſtis omnes rectores choꝛi omnia imitētur vt ſupꝛa. Et notādū eſt ꝙ oēs clerici cōuerſi ad altare ſtare tenētur dū ad miſſā Gloꝛia in excelſis deo. inchoatur: quouſꝙ choꝛus cātet. Et in eodem hymno ad hec verba Adoꝛamus te. et ad hec verba Suſcipe depꝛecationē no. et in fine eiuſdē cū dicit Jeſu xp̄e cum ſctō ſpū in glīa dei. vſꝙ ad epyſtolā vl lect. Dictoꝙ grad. Allā et ſequentia vel tract⁹. a ſacerd. pꝛiuatim cum ſuis miniſtris accipiat ſubdyacon⁹ panē ⁊ vinū et aquam cum calice et ea pꝛeparet ad euchariſtie miniſtrationem benedictione

prius ac̄ a ſacerdote petita hoc mo
do. **Benedicite.** ſic reſpondeat ſacer
dos **Dominus. Ab** eo ſit benedicta:
de cuius latere exiuit ſāguis et aqua
In nomine patris. &c. Sacerdos de
ro interim ſedeat in ſede ſua. In fi-
ne vero gr. vel tractus vel **Alleluya**
vel ſequentia chorus ad altare ſe i-
clinet anteq̄ ad lectorem euangelij
ſe vertat: et ad **Gl'ia tibi do.** ſe ad al
tare ſe vertat lector euāgelij et etiā
oēs clerici ſigno crucis ſe ſignēt: qđ
ter ad miſſā publice obſuat: ſcz ad
Gl'ia i excel. qū dr **In gl'ia dei p̄tis**
Amē. et ad **Gl'ia tibi.** et poſt **Sctūs.**
cū dr **Bñdictꝰ q̄ venit in noīe dñi.** et
ad inceptionē **Credo in vnū.** quouſ
q̄ chorꝰ cātet et iter ad altare ter i-
clinet ſcz dū dr hec clauſula **Et incar**
natꝰ eſt de ſpūſctō ex maria virgine
et hō factus eſt. Crucifixus etiā pro
nobis ſub pōcio pylato. et in fine cū
dr. **Et vitam venturi ſeculi. Amē.** Ab
hinc quouſq̄ etiā in choro tur offr. et
poſt offr. quouſq̄ cōpleatur totū of-
ficiū miſſe: hūc geſtū chorus imitet
oī feſto p annū. Per totū aūt aduē
tum nō dicit **Gloria in excelſis deo.**
de quocūq̄ dicit miſſa: nec a ſeptua
geſima vſq̄ ad vigiliā paſche. His
itaq̄ peractis factoq̄ ſignaculo cru-
cis i facie ſua: vertat ſe ſacerdos ad
populū eleuatiſq̄ aliquātulū bra-
chijs iūctis manibꝰ dicat hoc modo.



Dominus vobiſcū.

Et chorus re-
ſpondeat **Et**
cū ſpiritu tuo
ſub eodē to-
no et iterum
reuertat ſa-
cerdos ad altare / et dicat hoc modo.



Oremus.

Quotieſcunq̄ dicitur.
Dominus vobiſcum.
ad miſſam ſemper ſub
eodem tono dicitur ſi-
militer et **Oremus** vtiſ
in prefationibus et niſi in miſſa ſpō
ſaliū cū fiat bñdictio ſup ſpōſum et
ſpōſā āte **Pax dñi.** tūc enim dr ſic. et
in conſimilibus ita determinando.



Dominus vobiſcum. Oremus.

Deinde dicit oratio / ſic determinādo.



Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Et ſi aliqua memoria habenda eſt
iterū dicat ſacerdos **Oremus.** vt ſu
pra. Et quādo plures ſunt collecte
dicende: tunc omnes orationes que
ſequuntur ſub vno **Per dominum.**
et vno **Oremus.** dicuntur: ita tamē
q̄ ſeptēnarium numerum excedere
non debent ſecundum vſum eccle-
ſie ſar. Et ſemper dum ſtat ſacer-
dos ad officium miſſe poſt eum ſtet
dyaconus directe i proximo gradu.
et ſubdyaconus ſimilimodo directe
in ſecundo gradu poſt dyaconum:
ita vt quotiens ſacerdos ad popu-
lum ſe conuertit dyaconus ſimili-
ter ſe conuertat. Subdyaconus de
ro interim genuflectendo de caſu-
la ſacerdotis aptāda ſubminiſtret.
Et ſi epyſcopus celebrauerit / om-
nes dyaconi in gradu dyaconorum
conſiſtant / principali dyacono me-
dium locum inter omnes obtinen-
te. Similimodo in gradu ſubdya-
conorum ſe habeant ceteris omnibus
dyaconis et ſubdyaconis / geſtum
principalis dyaconi et principalis
ſubdyaconi imitantibus excepto q̄
p̄cipalis ſubdyaconꝰ ſacerdoti ad
pp̄lm conuertēti ſolꝰ ſubminiſtret.

¶ Sciēdū eſt aūt ꝙ quicq̄d a ſacerdē añ eplam i dextro cornu altaris expleaꝛ ꝑter inceptionē **Gl'ia in excel.** ſiſe fiat poſt ꝑceptionē ſacramenti. Cetera oīa i medio altaris expleātur/niſi forte dyacon⁹ defuerit. Tūc enī in ſiniſtro cornu altarꝫ legatur euāge. Poſt itroitū vō miſſe vn⁹ ceroferarioꝝ panē vinuꝫ ⁊ aquā q̄ ad eucharistie miniſtrationē diſponūtur deferat: reliquus vō pelui cum aqua ⁊ manutergio portet choꝝ licet ingredi vſq; ad cōpletionē. pꝛſe collecte: cetera vſq; ad **Credo.** dñr vt ſupra in pꝛima dñica aduētus.



Credo in vnum deū. Patrē oīpotētē: factoꝛē celi ⁊ terre: viſibiliū oīm ⁊ inuiſibiliū. Et in vnū dñꝫ ieſū xp̄m filiū dei vnigenitū. Et ex patre natū āte oīa ſc̄la. Deū de deo lumē de lumine deū verū de deo vero. Genitū nō factū conſubſtātialē patri: per quē oīa facta ſūt. Qui ꝓpter nos homines ⁊ ꝓpter noſtram ſalutem deſcēdit de celis. Et incarnatus eſt de ſpū ſācto ex maria virgine: ⁊ homo factus eſt. Crucifixus etiam pꝛo nobis ſub poncio pylato paſſus ⁊ ſepultus eſt. Et reſurrexit tercia die ſcd̄m ſcripturas. Et aſcēdit i celum ſedet ad dexterā patris. Et iterū vēturus eſt cum gl'ia: iudicare viuos ⁊ moꝛtuos Cuius regni nō erit finis. Et in ſpiritū ſc̄m dñꝫ et viuificātem qui ex pr̄e filioq; ꝓcedit. Qui cū pr̄e ⁊ filio ſimul adoꝛaꝛ et cōgloꝛificatur: qui locutus eſt ꝑ ꝓphetas. Et vnā ſanctā catholicā et apoſtolicā eccleſiā. Cōfiteoꝛ vnū baptiſma in remiſſionē pctōꝝ. Et expecto reſurrectionē moꝛtuoꝛum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

Dū a choꝛo cantatur **Credo.** accedat dyacon⁹ poſt lectum euāgeliū ⁊ offerat ſacerdoti libꝛū euāgelioꝝ vl' textū deoſculandū in ſiniſtris eius. Deinde ſequatur **Dñs vobiſcum. Oꝛemus.** Deinde dicit Offr̄. Poſt offr̄ vō poꝛrigat dya. ſacerdoti calicē cū patena ⁊ ſacrificio: ⁊ oſculet manū eius vtraq; vice. Ipſe vō accipiēs ab eo calicē diligēter ponat in loco ſuo debito ſup mediū altare: ⁊ inclinato parūper eleuet calicē vtraq; manu offerēs ſacrificium dño dicēdo hāc ſequētē oꝛationem.

Suſcipe ſc̄tā trinitas hāc oblationē quā ego indignus pctōꝛ offero in honoꝛe tuo / beate marie/ et oīm ſc̄toꝝ tuoꝝ ꝓ pctīs ⁊ offenſionibus meis/ ꝓ ſalute viuoꝝ et requie oīm fideliū defūctoꝝ. In noīe pr̄is. ⁊c. Acceptum ſit oīpotenti deo hoc ſacrificiū nouū. Dicta oꝛōne reponat calicē ⁊ coopiat cū coꝛpoꝛalibus ponatq; panē ſup coꝛpoꝛalia decenter ante calicē vinū ⁊ aquā cōtinentē ⁊ oſculet patenā et reponat eam a dextris ſup altarē ſub coꝛpoꝛalibus parū coopertendo. **Hoc pacto** accipiat thuribulum a dya. et thurificet ſacrificiū: vꝫ vltra ter ſignū crucis faciēs: et ter in circuitu ⁊ ex vtraq; parte calicis ⁊ ſacrificij: deinde locum inter ſe ⁊ altare. Et dū thurificat dicat. **Dirigatur dñe ad te oꝛō mea: ſicut inſēſum in cōſpectu tuo.** Poſtea thurificet ipſe ſacer. ab ipſo dya. ⁊ ſubdya. deferat ei textū deoſculādū. Deinde accolitus thurificet choꝝ incipiēs a rectoꝛibus choꝛi deinde ſupioꝛē gradū ex pte decani incipiens ab ipſo decano vel a primoſtallo eo abſente: poſtea ſuperioꝛem gradū ex parte cātoꝛis. **Eodem** oꝛdine ſecūdas: exinde pꝛimas foꝛmas. ita ꝙ ipſe puer ſingulos pueeos incenſando illis inclinet ſubſequēte. cum dyacono cū textu ab oībꝰ deoſculādo. Si eṕs celebrauerit ⁊ duplex feſtū fuerit duo pueri venient cū thuribulis ⁊ duo ſubdya. cū duobꝰ textibꝰ vł reliquijs. Si autē eṕs non celebrauerit ⁊ duplex feſtū fuerit: textum deferat accolitus ex ꝑte cātoris. Primo aūt thurificandus eſt cātor qui ſtat in medio chori cum ceteris rectoribus chori: ſcȝ in feſ. maioribꝰ dup. tm̄/ deinde principales rectores chori ex vtraqꝫ parte ſui exinde duo rectores ſcd̄arij. Poſtea chorus more ſolito: eodem quoqꝫ ordine ſequātur textꝰ. Quādo vero nō dr̄ Credo. tūc imediate poſt Oremꝰ et offē. accedat dya. et offerat ſacerd̄. calicē cum patena et cetera ſolito more expleātur. ⁊ thurificet ſacrificiū more ſolito: ſȝ chorus non thurificetur. Nunq̄ enim incenſatur chorus poſt euāgelium ad miſſā/ niſi qn̄ dr̄ Credo. ſed tunc ſēꝑ. His itaqꝫ peractis eat ſacerd̄. ad dextrum cornu altaris: ⁊ abluat manus dicens. Munda me dn̄e ab oī inquinamēto mentis ⁊ corporis vt poſſim mūdus implere opus ſāctū dn̄i. Dyacono interim ipſū altare in ſiniſtro cornu thurificāte et reliquias more ſolito in circuitu.

Ablutis manibꝰ ſacerdos reuertat ſe ad altare ad diuinū officium exequendū. et dyaconus et ſubdyaconus gradibus ſuis ordinate ſupradicto modo ſe teneant. Deinde reuertat ſe: et ſtans ante altare inclinatoqꝫ capite et corpore iunctiſ manibus dicat hanc orationem.

IN ſpū humilitatis ⁊ in aīo cōtrito ſuſcipiamur dn̄e a te: et ſic fiat ſacrificium noſtrū i ꝯſpectu tuo/ vt a te ſuſcipiatꝛ hodie ⁊ placeat tibi dn̄e deꝰ. Et erigēs ſe deoſculetꝛ altare a dextris ſacrificij: ⁊ dās bn̄dictionē vltra ſacrificium: poſtea ſignet ſe dicēs In noīe patris. ⁊c. Deinde vertat ſe ſacerdos ad ꝑplm̄ et tacita voce dicat. Orate fratres ⁊ ſorores ꝓ me vt meū pariterqꝫ veſtrū acceptū ſit dn̄o deo ſacrificium Reſpōſio clericoꝝ ꝓuati. Spūſſcti gratia illuminet cor tuum et labia tua: et accipiat dn̄s digne hoc ſacrificiū laudis de manibꝰ tuis pro peccatis ⁊ offenſiōibꝰ noſtris. In miſſis vero ꝓ defunctis poſt ablutionē manuū ſacerdotis: ſtatim incipiat ſacerdos iūctis manibus in medio altaris conuerſus ad altare dicēs.



Et chorꝰ cantādo reſpondeat. Tu ſuſcipe pro animabus illis quaruȝ hodie memoriā agimꝰ fac eas dn̄e de morte tranſire ad vitam. Et interim dicat ſacerdos In ſpiritu humilitatꝭ. Deinde ſtatim conuerſus ad populū tacitā voce dicat. Orate fratres et ſorores pro fidelibus defunctis. Reſponſio clericorum cantando. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Quā olim abrahe ꝓmiſiſti: ⁊ ſemini eiꝰ. Notandum eſt ꝙ in omnibus miſſis pro corpore preſenti/ et i ānuerſarijs cuiuſcunqꝫ fuerint/ et in trigintalibus dicitur Hoſtias et preces/ cum ꝟ. Requiem eternā. Quā olim. In omnibus vero alijs miſſis ꝓ defunctis non dicuntur/ nec i die animarum. Et reuerſꝰ ad altare ſacerdos ſecretas orationes dicat iuxta numerum āte dictatum et ordinem ante epyſtolam ita incipiēs. **Oremus.** Quibus finitis dicat ſacerdos aperta voce **Per omnia ſecula ſeculorum.** manibus non leuatis/donec dicitur **Surſū corda.** Et tunc accipiat ſubdyaconus offerꝝ. ⁊ patenam de manu dyaconi ipſam patenam tenendam quouſqꝫ **Pater noſter.** dicitꝛ. quam accolito offertorio coopertā cōmittat in gradu ſcilicet poſt dyaconum interim cōſtituto. Quod etiam obſeruetur in omni miſſa ad autenticum altare celebranda per totū annum. niſi tantum in miſſis pro defunctis: tamen in die animarum obſeruabitꝛ.

¶ Hec prefatio dicitꝛ in die natiuitatis dn̄i ad omnes miſſas/et quotidie per ebdomadā/et ī die circūciſiōis/⁊ in oībus miſſis/de ſctā maria ab hac die vſqꝫ ad purificatꝛ. et etiā ī die purifi. Dicatur etiā ī feſto corporis xp̄i/et in oct. eiuſdē ⁊ infra quando de eo fit ſeruitium. dicitur etiam in commemoratiōe eiuſdem. **Cōicātes.** vero dr̄ tm̄ vſqꝫ ad circūciſionem/et in die circunciſionis.



Eterne Deus. Quia per incarnati verbi myſterium: noua mētis nr̄e oculis lux tue claritatꝫ



infulſit. Ut dū viſibiliꝛ deū cognoſcim⁹: ꝑ hunc in inuiſibilium amorem rapiamur. Et ideo cum.

¶ Infra canonem ad primā miſſā nati. dn̄i dr̄ **Noctem ſacratiſſimam** Ad omnes alias miſſas dr̄ diem ſacratiſſimum quandocunqꝫ dicitur.

Communicantes et diem ſacratiſſimum celebrātes quo beate marie ītemerata virginitas huic mundo edidit ſaluatorē. Sed et memoriā venerantes. Imprimis eiuſdem glorioſe ſemper virginis marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu chriſti. Sed et beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorum/ Petri/ Pauli/ Andree/ Jacobi/ Johannis/ Thome/ Jacobi/ Philippi/ Bartholomei/ Mathei/ Symonis ⁊/ Thadei/ Lini/ Cleti/ Clementis/ Sixti/ Cornelij/ Cypriani/ Laurentij/ Griſogoni/ Johannis et pauli/ Coſme ⁊ Damiani. Et omnium ſanctorum tuorum quoꝝ meritis precibuſqꝫ cōcedas/ vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eūdem chriſtum dominum noſtrum. Amē.

¶ Hec prefatio dicitur in die epyphanie et per octauas et in octauis et **Communicantes** ſimiliter.


Eterne deus Quia cū vnige
nitus tuus in substātia nr̄e carnis
apparuit: in nouā nos imoꝛtalita
tis sue lucem reparauit. Et ideo.

¶ Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum celebꝛātes quo vnigenitus tuus in tua tecum glīa coeternus ī veritate carnis nr̄e visibiliť coꝛpoꝛalis apparuit. Sed ⁊ memoꝛiā venerātes. Imp̄mis glīose semꝑ virginis marie genitricis eiusdē dei ⁊ domini nostri iesu xp̄i. Sed ⁊ btōꝝ apostoloꝝ ac martyꝝ tuoꝛum/ Petri/ Pauli/ Andꝛee/ Iacobi/ Iohannis/ Thome/ Iacobi/ Philippi/ Bartholomei/ Mathei/ Symonis/ et Thadei/ Lini/ Cleti/ Clementis/ Sixti/ Coꝛnelii/ Cyp̄ani/ Laurentii/ Grisogoni/ Iohānis et Pauli/ Cosme et Damiani. Et omnium sāctoꝛuꝫ tuoꝛum quorum meritis p̄cibusq; concedas: vt in omnibus protectiōis tue muniamur auxilio. Per eūdem chꝛistū dominum nostrum. Amen.

¶ Hec p̄fatio dr̄ in fer. iiii. in capite ieiunii ⁊ in omni fer̄is. de ieiunio nisi in dn̄icis ab hic vsq; ad cenā dn̄i.


Eterne deus. Qui coꝛ
poꝛali ieiunio vicia cōp̄imis:
mentem eleuas/ virtutē largiris
et p̄mia: per chꝛistum dominum
nostrum. Per quē maiestatem. ꝛc.

¶ In dominicis ꝑ quadragesimam dr̄ p̄fatio quotidiana. ¶ In cena dn̄i p̄fatio quotidiana dr̄. Infra canonē. Cōmunicātes. ⁊ Hanc igitur. et Qui p̄die. tā ab ep̄o q̄ a sacerdote dicantur. ¶ Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum celebꝛantes quo dominus noster iesus xp̄s ꝓ nobis traditus est. Sed ⁊ memoꝛiam venerātes. Imp̄mis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei ⁊ domini nr̄i iesu xp̄i. Sed ⁊ beatoꝝ apoſtoloꝝ ac martyꝝ tuoꝝ. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurentij. Griſogoni. Johannis et pauli. Coſme et Damiani. Et oīm ſāctorū tuoꝝ quoꝝ meritis precibuſq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem xp̄m dominū nr̄m. Amen. Jte.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis nr̄e: ſed & cuncte familie tue quā tibi offerimus ob diē in qua dominus nr̄ ieſus xp̄s tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſāguinis ſui myſteria celebrāda. Queſum⁹ dn̄e vt placatus accipias: dieſq; nr̄os in tua pace diſponas atq; ab eterna damnatione nos eripi / & in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per xp̄m dominum noſtrū. Amen.

Qui pridie q̄ pateretur pro noſtra omniūq; ſalute hoc eſt hodie accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: et eleuatis oculis in celum ad te deum. &c.

¶ Hec prefatio dicitur i die paſche et p totā ebdo. & in omnibus dn̄icis vſq; ad aſcen. qn̄ de dominica ſiue de paſcha. dr̄ miſ. Sed in vigi. paſche tm̄ dicitur in ſtatione. Sz in hac potiſſimū nocte. Quādocūq; alias dr̄. dicitur. Sed in hac potiſſimum die. Cōicātes. vo/ et Hāc igitur. p ebdō. et in oc. paſch. tm̄ dr̄: ita & i vigi. paſch. tm̄ dr̄ Noctem ſacratiſſimā. In die vo paſche & alias quando dicitur / dicitur diem ſacratiſſimum.



Eterne deus. Et te quidem omni tempore / ſed in hac potiſſimum die glorioſius predicare: cum paſcha noſtrum immolatus eſt xp̄s. Ipſe enī ver⁹ eſt agnus qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtrā moriendo deſtruxit: et vitā reſurgendo reparauit. Et ideo.



Infra canonem.

Communicantes et diem ſacratiſſimum celebrantes reſurrectionis domini noſtri ieſu chriſi ſcdm carnē. Sʒ ꝫ memoꝛiā venerātes. Impᷓmis glioſe ſēꝑ virginis marie genitricis eiuſdē dei ꝫ dñi nr̄i ieſu xp̄i. Sed ꝫ btōꝝ aplōꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri/Pauli/Andꝛee/Jacobi/Johis/Thome/Jacobi/Philippi/Bartholomei/Mathei/Symonis/ꝫ Thadei/Lini/Cleti/Clementis/Sixti/Coꝛnelij/Cypꝛiani Laurētij/Griſogoni/Johānis et Pauli/Coſme et Damiani. Et oim ſctōꝝ tuoꝝ quoꝝ meritiꝫ ꝑcibuſ ꝙ ꝯcedas vt in oibus pꝛotectionis tue muniamur auxilio. Per eūdem chꝛiſtū dominū noſtrū. Amen. Itē.

Hanc igitꝰ oblationē ſeruitutis noſtre: ſed ꝫ cūcte familie tue quā tibi offerimus ꝓ his ꝗꝙ ꝗs regñare dignatꝰ es ex aqua ꝫ ſpūſctō tribuens eis remiſſionē oim pctōꝝ. Queſumus dñe vt placatꝰ accipias: dieſqꝫ nr̄os ī tua pace diſponas atqꝫ ab etna dānatiōe nos eripi/ et in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege nūmerari. P xp̄m dñm nr̄m. Amē. ¶ Hec pfatio dr ī die aſcēſiōis dñi ꝫ ꝑ oct. et in oct. et in dominica infra oct. qñ de dñica agitur ꝫ Communicātes.



Eterne deus. Per chꝛiſtū do



minū noſtrū. Qui poſt reſurrectio



nē ſuam omnibus diſcipulis ſuis



manifeſtus apparuit. Et ipſis cer



nentibus eſt eleuatus ī celum/ vt



nos diuinitatis ſue tribueret eſſe



participes. Et ideo cum angelis.

¶ Infra canonem.

Communicantes et diem ſacratiſſimum celebꝛātes quo dominus noſter ieſus chꝛiſtus vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtre ſubſtantiam in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoꝛiam venerantes. Impꝛimis glorioſe ſemper virginis marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu chꝛiſti. Sed et beatoꝛum apoſtoloꝛum ac martyꝛum tuorū. Petri. Pauli. Andꝛee. Jacobi. Johannis/Thome/Jacobi/Philippi/Bartholomei/Mathei/Symonis et/Thadei/Lini/Cleti. Clementis/Sixti/Coꝛnelij/Cypꝛiani Laurentij/Griſogoni/Johannis et/Pauli/Coſme ꝫ/ Damiani. Et omnium ſanctoꝛum tuoꝝ quorū meritis pꝛecibuſqꝫ cōcedas vt in omnibus pꝛotectionis tue muniar torū apoſtolorū ac martyrū tuorū. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurentij. Griſogoni. Johannis et pauli. Coſme et Damiani. Et oīm ſāctorū tuorū quorū meritis precibuſq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eūdem xp̄m dominū nr̄m. Amen. Jnc.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis nr̄e: ſed et cuncte familie tue quā tibi offerimus ob diē ī qua dominus nr̄ ieſus xp̄s tradidit diſcipulis ſuis corporis et ſāguinis ſui myſteria celebrāda. Queſum⁹ dn̄e vt placatus accipias: dieſq; nr̄os in tua pace diſponas atq; ab eterna damnatione nos eripi / et in electorū tuorū iubeas grege numerari. Per xp̄m dominum noſtrū. Amen.

Qui pridie ꝗ̄ pateretur pro noſtra omniūq; ſalute hoc eſt hodie accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: et eleuatis oculis in celum ad te deum. ⁊c.

¶ Hec prefatio dicitur ī die paſche et p̄ totā ebdo. et in omnibus dn̄icis vſq; ad aſcen. quā de dominica ſiue de paſcha. dr̄ miſ. Sed in vigi. paſche tm̄ dicitur in ſtatione: Sz in hac potiſſimū nocte. Quādocūq; alias dr̄: dicitur Sed in hac potiſſimum die. Cōicātes. vo/et Hāc igitur. p ebd. et in oct. paſch. tm̄ dr̄: ita ꝙ ī vigi. paſch. tm̄ dr̄ Noctem ſacratiſſimā. In die vo paſche et alias quando dicitur/ dicitur diem ſacratiſſimum.



Eterne deus. Et te quidem



omni tempore / ſed in hac potiſſi-



mum die glorioſius predicare: cum



paſcha noſtrum immolatus eſt xp̄s.



Ipſe enim ver⁹ eſt agnus qui abſtu-



lit peccata mundi. Qui mortem



noſtrā moriendo deſtruxit: et vitā



reſurgendo reparauit. Et ideo.

Infra canonem.

Communicantes et diem ſacratiſſimum celebrantes reſurrectionis domini noſtri ieſu chriſit ſcd̄m carnē. Sz et memoꝛiā venerātes. Imp̄mis glꝛioſe ſēp virginis marie genitricis eiuſdē dei et dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Sed et btōꝝ apl̄oꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri/Pauli/Andꝛee/Jacobi/Johis/Thome/Jacobi/Philippi/Bartholomei/Mathei/Symonis/et Thadei/Lini/Cleti/Clementis/Sixti/Coꝛnelij/Cypꝛiani Laurētij/Griſogoni/Johānis et Pauli/Coſme et Damiani. Et oīm ſcōꝝ tuoꝝ quoꝝ meritis ꝓcibuſq̄ ꝯcedas vt in oībus protectionis tue muniamur auxilio. Per eūdem chꝛiſtū dominū noſtrū. Amen. Itē.

Hanc igitr̄ oblationē ſeruitutis noſtre: ſed et cūcte familie tue quā tibi offerimus ꝓ his quos regenerare dignat⁹ es ex aqua et ſpūſctō tribuens eis remiſſionē oīm pctōꝝ. Queſumus dn̄e vt placat⁹ accipias: dieſq̄ nr̄os ī tua pace diſponas atq̄ ab eterna dānatiōe nos eripi / et in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. ¶ Hec p̄fatio dr̄ ī die aſcēſiōis dn̄i ꝑ oct. et in oct. et in dominica infra oct. qn̄ de dn̄ica agitur et Communicātes.



Eterne deus. Per chꝛiſtū do



minū noſtrū. Qui poſt reſurrectio



nē ſuam omnibus diſcipulis ſuis.



manifeſtus apparuit. Et ipſis cer



nentibus eſt eleuatus ī celum / vt



nos diuinitatis ſue tribueret eſſe



participes. Et ideo cum angelis.

¶ Infra canonem.

Communicantes et diem ſacratiſſimum celebꝛātes quo dominus noſter ieſus chꝛiſtus vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtre ſubſtantiam in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoꝛiam venerantes. Impꝛimis glorioſe ſemper virginis marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu chꝛiſti. Sed et beatoꝛum apoſtoloꝛum ac martyꝛum tuorū. Petri. Pauli. Andꝛee. Jacobi. Johannis/Thome/Jacobi/Philippi/Bartholomei/Mathei/Symonis et/Thadei/Lini/Cleti. Clementis/Sixti/Coꝛnelij/Cypꝛiani Laurentij/Griſogoni/Johannis et/Pauli/Coſme et/Damiani. Et omnium ſanctoꝛum tuoꝝ quorū meritis pꝛecibuſq̄ ꝯcedas vt in omnibus pꝛotectionis tue muniamur auxilijs. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

¶ Hec prefatio dicitur in die penthecostes/ et per ebdomadam/ et in omnibus missis de sancto spiritu. Communicantes. et Hanc igitur obla. in die penthecostes/ et ab hic usque ad festum sancte trinitatis dicuntur tantum.





Eterne deus. Per christum dominū nostrū. Qui ascēdēs super omnes celos sedensque ad dexteram tuā promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat: sed et superne virtutes atque angelice potestates hymnum glorie tue concinunt sine fine dicētes. Sanctus.

Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum penthecostes celebrantes quo spiritussanctus apostolis in igneis linguis apparuit. Sed et memoriam venerātes. Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorū apostolorum ac martyrum tuorum. Petri/ Pauli/ Andree/ Jacobi/ Johānis/ Thome Jacobi/ Philippi/ Bartholomei/ Mathei/ Symonis et Thadei/ Lini/ Cleti/ Clemētis/ Sixti/ Cornelij/ Cypriani/ Laurentij/ Grisogoni Johīs et Pauli. Cosme et

Damiani. Et ꝛ oim ſctōꝝ tuoꝝ quoꝝ meritis p̄cibuſq; ꝯcedas/ vt in oibꝰ ꝓtectiōis tue muniamur auxilio. Per eūd xp̄m dn̄z nr̄m. Amē. Scē.

Hanc igit̄ oblationē ſeruitutis nr̄e: ſȝ ꝯ cūcte familie tue quā tibi offerimꝰ ꝓ his q̄s q̄s regn̄are dignatꝰ es ex aq̄ ꝯ ſpūſctō tribuēs eis remiſſionē oim pctōꝝ. Queſumꝰ dn̄e vt placatꝰ accipias: dieſq; nr̄os i tua pace diſponas atq; ab eterna dānatiōe nos eripi/ ꝯ in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege nūerari. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. ¶ Hec p̄fa. dr̄ i die ſctē trini. ꝯ i oibꝰ dn̄icis vſq; ad aduētū dn̄i qn̄ de dn̄ica dr̄ miſſa: ſȝ i capitulo dicat̄: ꝯ i oibꝰ ꝯmēoratiōibꝰ ſctē trinitatis ꝑ totū annū ꝯ i omni miſſa ſpōſalium.


Eterne deus. Qui cū vni-
genito filio tuo et ſpiritu ſcto
vnus es deus vnus es dominus.
Non in vnius ſingularitate


perſone: ſed in vnius trinitate
ſubſtantie. Quod enim de tua
glozia reuelante te credimus: hoc
de filio tuo hoc de ſpiritu ſancto
ſine differētia diſcretionis ſentimꝰ
Ut in cōfeſſione vere ſempiterneq;
deitatis/ ꝯ in perſonis ꝓpꝛietas

q.i.



et in eſſentia vnitas / et in maie-



ſtate adorēt eq̄litas. Quā laudāt



angeli atq; archāgeli cherubī q̄q;



ac ſeraphin / qui nō ceſſāt clamare



vna voce dicētes:

¶ Hec prefa. dr i dieb⁹ feſtis aplorū ⁊ euāgeliſtar̄ et p octa. aplor̄ petri ⁊ pauli atq; adre / qn̄ de oc. dr miſſa: ꝑ t⁹ i feſ. ſcti io. apli et euā. i eb. na. do: i oc. vo eiuſd dicet. et i fe. eius i tēpo paſc.



ETerne deus Et te domine



ſupplicīter exorare / vt gregem



tuū paſtor eterne non deſeras: ſed



per beatos apoſtolos tuos conti-



nua protectione cuſtodias. Ut



iiſdem rectoribus gubernet̄: quos



operis tui vicarios eidem contu-



liſti preeſſe paſtores. Et ideo cum.

¶ Hec pfa. dr i vtroq; fe. ſcte crucis et p memoratiōib⁹ eiuſd p totū ānū. prefa.



ETerne deus. Qui ſalutē hū-


mani generis in ligno crucis cōſti
tuiſti: vt vnde mors oriebatur inde
vita reſurgeret. Et qui in ligno
vicerat in ligno quoq vinceretur.

Per chriſtū dominū nřm. Per quē

¶ Hec pfa. dr in oī feſto btē marie virgīs: niſi ī purificatiōe eiuſdē. Et cadetiā p oct. aſſūp. ⁊ nati. btē marie ⁊ in cōmemorationibus eiuſdē p totū annū niſi a die natiuitatis dñi vſq ad purificationem. Prefatio.


Eterne deus. Et te in cōce-


ptione. Et te in ānūciatione. Et te
in aſſumptione. Et te in natiui
tate. Et te in viſitatione. Et te in
veneratione beate et glorioſe ſēp
virginis marie exultātibꝰ animis
laudare benedicere et pdicare. Que
et vnigenitum tuū ſancti ſpiritus


obumbꝛatione cõcepit et virgini-
tatis gloꝛia ꝑmanẽte huic mũdo
lumen eternũ effudit iesũ chꝛistũ
dñm nrm. Per quẽ maiestatem.

Hoc mõ icipiẽt oẽs pꝛefatiões ad missã ꝑ totũ ãnũ tã i ferijs ꝙ̃ festis.


Per om nia secula
seculoꝛũ. Amen. Dñs vobiscum
Et cum spiritu tuo.

Hic eleuet sacerdos manus dicens.


Sursũ coꝛda. Habemus ad dñm.
Gras agamus domino deo nostro.
Dignũ et iustum est.

Hec pꝛefatio ꝙ̃tidie dicitur nisi i festis ꝓpria. In quibus ꝓpꝛia habeat ita tamen ꝙ oẽs pfa. toti⁹ ãni sub hoc tono dñr siue ꝓpꝛie habeãt siue nõ tã i ferijs ꝙ̃ in festis scḋm vsũ ecclesie Sar.


Vere dignũ et iustũ est equũ
et salutare: nos tibi sẽper et vbiq;
gratias agere domine sancte pater
oĩpotẽs eterne de⁹: Per xp̃m dñm


nr̃m. Per quẽ maiestatẽ tuã lau
dant angeli adorãt dñatiões tre
mũt potestates. Celi celorũq; vir
tutes ac beata seraphi socia exul
tatione concelebrant. Cũ quib⁹ et
nr̃as voces vt admitti iubeas dep
camur supplici cõfessione dicẽtes.

¶Sequitur Sanctus sanctus sanctus ¶Item in alijs p̄fationibus.


Et ideo cũ angelis et archã
gelis cũ thronis et dominationib⁹
Cumq; oĩ militia celestis exercitus
hymnum glorie tue canimus sine


fine dicẽtes.

Sequit̃ Sctũs Dñs sacerd. dr Sctũs sanctus. erigat parũp brachia sua et iũgat manus suas vsq; ad hec vba In noĩe domini tunc sẽp signet se in facie sua.

Sanctus sanctus sctũs dñs de⁹ sabaoth. Pleni sũt celi et terra gloria tua osãna in excelsis. Bñdictus qui venit in noĩe dñi osanna in excelsis. Qñ vltimo fit seruitiũ de scã maria. ante aduẽtũ: et post lxx. et in octa. visitatiõis assũptiõis/ et natiuitatis btẽ marie tũc dr hoc mõ Bñdictus marie filius qui venit in noĩe domini. Deinde cõfestim manibus iũctis et oculis eleuatis incipiat. Te igit̃ clemẽtissime. corpore inclinato donec dixerit. Ac petimus.



¶ Prefatio communis.

Munera noſtra q̃s dñe ſincero vultu ſuſcipe vt intercedente beato griſogono martire tuo criminũ nr̃oꝝ ↄtagia cũcta expurgẽt. P. Cõio. Poſuiſti dñe ĩ capite eiꝰ coronam de lapide pꝛecioſo. Poſtcõio.

Annue q̃s dñe: vt miſterijs tuis recreati: ſãcti quoq; griſogoni martiris tui ſemꝑ muniamur auxilijs. Per do. ¶ Sancte katherine virginis ꝛ martiris. Officium.

Me expectauerũt pctõꝛes vt ꝑderent me teſtimonia tua dñe ĩtellexi oĩs ↄſummationis vidi finem: latum mandatũ tuũ nimis. Ps. Beati immaculati ĩ via: qui ãbulãt in lege dñi. Or.

Omĩps ſẽpiterne deꝰ q̃ corpus glorioſe virginis tue katherine ĩ mõtẽ ſynai ab ãgelis deferri iuſſiſti: ↄcede q̃s: eiꝰ obtẽtu nos ad arcẽ virtutũ pꝛouehi: vbi viſiõis tue claritatem mereamur intueri. Per. Epyſtola. Confitebor tibi. in cõi. fo. xij. Gr. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intẽde ꝓſpere ꝓcede et regna. V. Propt veritatẽ ꝛ mãſuetudinẽ ꝛ iuſticiã ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Allã. V. Loq̃bar de teſtimonijs tuis ĩ cõſpectu regũ et non confundebar dñe. Sequẽ.

Odas hac ĩ die letas: xp̃o canit oĩs etas corde voce fidibus. Oẽm ſpectat ad etatẽ katherine dignitatẽ cumulare laudibꝰ. Hec ꝛ illa coſti nata cuiꝰ oꝛtu decoꝛata gliatur grecia. Hec eſt que mũdã ſibi datã / xp̃o reddit duplicatam oꝛis eloquẽtia. Scolis vacãs artes diſcẽs altioꝛa ↄcupiſcẽs ſtudet euãgelio. Duo legẽs teſtamẽta vite videt alimẽta xp̃m in ꝓſepio. Cibo dulci refouet quo plꝰ guſtat plꝰ augẽt ſanctũ deſideriũ. Cibo ↄfoꝛmatur iſti:

ſe ꝯfigẽs cruci xp̄i currit ad martyꝛium. Rex hic terret hinc blādit᷑ hec nō timet nec lenit᷑: pꝛe mēt ꝯſtātia. Hic terroꝛes vt fauille/hic res ſerui vel ācille ſpernūt᷑ vt vilia. Sapientes ſuperātur credūt xp̄o flāmis dant᷑ ſed nec perit fibꝛia. Carcerat᷑ virgo ceſa: viſitat᷑ ſit illeſa ſuperū p̄ſētia. Quā regina dū ſolat᷑: ad certamē inuitat᷑ fauet ouās coꝛonat᷑ certat die tercia. A colūba dū cibat᷑ virgo rota fabꝛicat᷑ oꝛat nexꝰ diſſipat᷑: ſternit᷑ plebs ipſa. Tot triumphās in toꝛmentis ad ſupna cū ducentis p̄mittit poꝛphiriū. Impetrato qcqd oꝛat ferit lictoꝛ lac irroꝛat ferientis gladium. Coꝛpus celitꝰ ſublatū ꝛ i ſina tumulatū tumba manat oleū. Sina ſignis illuſtrat᷑ celū ſibi gliat᷑ addi ſidꝰ aureū. Uirgo ſydus honeſtatꝫ dux ⁊ decꝰ ꝓbitatis: xp̄i reos maieſtatis xp̄o reconcilia. Uas virtutū via moꝝ flos odoꝛis odoꝛ floꝛum nos tuere nos celoꝛūꝫ transfer ad palatia. Euāg. Simile eſt re. ce. the. in cōi fol. xiii. Offr. Filie regū in honoꝛe tuo aſtitit regina a dextris tuis i veſtitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Suſcipe q̄s dn̄e ꝓpicius oblationēs tuoꝝ fideliū q̄s tibi i honoꝛe ſcē katherīe virginis tue ⁊ martyꝛis hodierna ſolennitate letāter offerimus ſicq; nobis ipſa intercedente ꝑ hoc ſacrificiū placatꝰ adeſto vt nos ⁊ a periculis huiꝰ vite clemēter eripias: et a pctis oībus miſeratus abſoluas. P. Cōio. Simile eſt regnum celoꝝ hoī negociatoꝛi q̄rēti bonas margaritas: iūēta vna pꝛecioſa margarita dedit omnia ſua ⁊ comparauit eam. Poſtcommunio.

Da q̄s dn̄e ꝑ hec ſcā q̄ ſumpſimꝰ ꝓplo tuo ſalutē mētis et coꝛpoꝛis: et intercedente btā katherina virgine tua ⁊ martyꝛe in cuius honoꝛe letamur perpetuis cōſolationibꝰ tuoꝝ reple coꝛda fideliū: vt diuina ꝓtectione releuati: et pia tibi deuotione complaceant: ⁊ tua ſemper beneficia conſequantur. P.

¶ Sancti lini [illegible] et mar. Offi.

Sacerdotes tui domine induant iuſticiā: ⁊ ſcī tui exultent ꝓpter dauid ſeruū tuū nō auertas faciē xp̄i tui. Ps. Memēto dn̄e dauid: et oīs māſuetudinis eius. Oratio.

Deus q̄ ſācta nobis huius diei leticiam pꝛo commemoꝛatione beati lini martyris tui atq; pontificis feciſti: adeſto familie tue pꝛecibus: et da vt cuius hodie feſta celebꝛamꝰ: eius meritis et itercеſſionibꝰ adiuuemur. P. Epl'a. Oīs pōtifex. i cōi fol. v. Gr. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſācto meo vnxi eū manꝰ enī mea auxiliabitur ei/ ⁊ bꝛachiū meum cōfoꝛtabit eū. V. Nichil ꝓficiet inimicꝰ i eo: et filius iniq̄tatis nō nocebit eum. Allā. V. Elegit te dn̄s ſibi i ſacerdotem magnū in populo ſuo. Euā. Homo q̄dam nobilis. i cōi fo. v. Offr. Inueni dauid ſeruū meum ⁊ i oleo ſācto vnxi eū: manꝰ enī mea auxiliabit᷑ eī ⁊ bꝛachiū meum cōfoꝛtabit eum. Secr.

Intende ꝓpiciꝰ q̄s dn̄e oblata tibi hec munera et dep̄catiōe beati lini martyꝛis tui atq; pōtificꝭ in cuius ea cōmemoꝛatione deferimꝰ noſipſos ꝑ eadē ſcīfica. P. Cō. Btūs ſeruꝰ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātē amē dico vobꝫ ſuper oīa bona ſua ꝯſtituet eū. Poſtcōio.

Sumpſimus domine in ſancti martyꝛis tui atq; pontificis lini ſolennitate celeſtia ſacramenta cuius ſuffragiis q̄s largiaris vt qđ temporaliter gerimꝰ: eternis gaudiis conſequamur. Per dominū.

¶ Explicit ſanctoꝛale.

¶ Incipit commune ſanctoꝝ. In vigilia vnius apoſtoli ſiue euangeliſte. Ad miſſam. Officium.

Ego autem ſicut oliua fructificaui in domo domini: ſꝑaui in miſericoꝛdia dei mei et expectabo nomē tuum q̄m bonū eſt ante ɔſpectū ſctoꝝ tuoꝝ. Ps. Quid gloꝛiaris ī malicia: q̄ potēs es ī iniq̄tate. Or.

Queſum⁹ oīps deus/ vt nr̄a deuotio que natalicia beati N. apl̄i tui antecedit: patrocinia nobꝫ interceſſione eius accumulet. P dn̄.

Lectio libꝛi ſapie. Eccliaſtici. xlv.

Benedictio dn̄i ſuper caput iuſti: ideo dedit illi hereditatē/ et diuiſit illi partē ī tribub⁹ duodecim/ ⁊ īuenit gratiā in ɔſpectu oīs carnis. Et magnificauit eū ī timoꝛe inimicoꝝ: et in v̄bis ſuis mōſtra placauit. Gloꝛificauit eū ī ɔſpectu regū: ⁊ oſtēdit illi gloꝛiā ſuā. In fide ⁊ lenitate ipſi⁹ ſanctū fecit illū: et elegit eū ex oīni carne. Et dedit illi coꝛ ad pꝛecepta: ⁊ legē vite et diſcipline/ et excelſum fecit illū. Statuit ei teſtamētum eternū: ⁊ circūcinxit eum zona iuſticie. Et induit eum domin⁹: coꝛona gloꝛie. Lectio libꝛi ſapientie. Pꝛouerbioꝝ. iij.

Beatus homo qui inuenit ſapientiam: ⁊ q̄ affluit pꝛudentia. Melioꝛ eſt acquiſitio eius negociatione argenti et auri: pꝛimi ⁊ puriſſimi fructus eius. Pꝛecioſioꝛ eſt cūctis opibus ſapiētia: ⁊ omnia q̄ deſiderātur huic nō valēt comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in ſiniſtra illius diuitie et gl'ia. Vie ei⁹ vie pulchꝛe: ⁊ oēs ſemite illi⁹ pacifice. Lignū vite ē his q̄ appꝛhēderit eā: ⁊ q̄ tenuerit eā beatus. Dn̄s ſapiētia fūdauit terram: ſtabiliuit celos pꝛudētia. Sapiētia illi⁹ eruperūt abyſſi: et nubes roꝛe creſcūt. Gr. Iuſt⁹ vt palma floꝛebit ſicut cedꝛ⁹ libani multiplicabit in domo dn̄i. V. Ad annūciādū mane miām tuā/ ⁊ v̄itatē tuā ꝑ noctē. Si dn̄ica fuerit: dicat vnum All'a. de cōi apl'oꝝ. Scd'm iohannem. xv.

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Ego ſū vitis vera: et pater me⁹ agricola eſt. Omnē palmitē ī me nō ferētē fructū tollet eū Et oēm q̄ fert fructū purgabit eū: vt fructū plus afferat. Iā vos mūdi eſtis: ꝑpt̄ ſermonē quē locut⁹ ſū vobꝫ. Manete ī me: ⁊ ego ī vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi ī me māſeritis Ego ſū vitꝫ: vos palmites Qui manet ī me ⁊ ego ī eo: hic fert fructum multū/ qꝛ ſine me nichil poteſtꝫ facere. Si q̄ſ ī me nō māſerit: mittet foꝛas ſicut palmes ⁊ areſcet Et colligēt eū: ⁊ ī ignē mittēt ⁊ ardet. Si māſeritis ī me: ⁊ verba mea in vobis manſerint/ q̄dcunq̄ volueritis petetis: ⁊ fiet vobis. S. iohānē. xv.

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Ego ſū vitꝫ: vos palmites Qui manet ī me ⁊ ego in eo: hic fert fructū multū/ qꝛ ſine me nichil poteſtꝫ facere. Si quis ī me nō māſerit: mittet foꝛas ſicut palmes et areſcet. Et colligēt eū: ⁊ ī ignem mittēt ⁊ ardet. Si māſeritꝫ ī me: ⁊ v̄ba mea ī vobꝫ māſerīt/ q̄dcūq̄ volueritis petetis: et fiet vobis. Offer.

Gl'ia ⁊ honoꝛe coꝛonaſti eū: ⁊ conſtituiſti eū ſuper opa manuū tuaꝝ.

Accepta tibi ſit dn̄e Secreta. noſtre deuotionis oblatio: ⁊ ad apoſtolicam purioꝛes nos faciat venire feſtiuitatem. P. Pꝛefatio quotid. Cō. Magna ē gl'ia eius in ſalutari tuo gl'iam ⁊ magnũ decorem īpones ſuꝑ eũ dñe. Poſtcõ.

Preſta nobꝫ eťne largitor eiꝰ vbiqꝫ pia ꝓtegi oratiõe: cuiꝰ natalicia ꝑ hec ſãcta q̄ ſũpſimꝰ: votiuo preuenimus obſequio. P do.

¶ In die vnius apoſtoli. Officiũ.

Jchi autem nimis honorati ſũt amici tui deus nimis cõfortatus eſt principatus eoꝝ. In tẽpore paſchali. alleluya. ps. Dñe ꝓbaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã ⁊ reſurrectionẽ meã. Gl'ia.

Exaudi dñe ppl'm tuũ cũ · Or. ſancti apoſtoli tui N patrocinio ſupplicãtem: vt tuo ſemꝑ auxilio munitus: ſecura tibi poſſit deuotione ſeruire. Per do. Lctõ ep'le bti pauli apoſtoli. Ad epheſios. ij.

Fratres: Jam nõ eſtis hoſpites et aduene: ſed eſtis ciues ſctõꝝ ⁊ domeſtici dei/ ſuꝑedificati ſuꝑ fũdamẽtũ apl'oꝝ ⁊ ꝓphaꝝ ipo ſũmo angulari lapide: xp̄o ieſu. In q̄ oĩs edificatio ꝯſtructa: creſcit in tẽplũ ſãctũ ī dño. In q̄ ⁊ vos coedificamini ī habitaculũ dei: ī ſpũ ſctõ.

Lectio actuum apoſtolorum. v. ca.

IN diebꝰ illis: Per manꝰ apoſtoloꝝ fiebãt ſigna et ꝓdigia multa ī plebe: ⁊ erãt oẽs vnanimiter ī porticu ſalomõis. Ceteroꝝ aũt nemo audebat ꝯiũgere ſe illis: ſed magnificabat eos pp'lus. Magis aũt augebaẗ credẽtiũ ī dño multitudo viroꝝ ac mulierũ: ita vt ī plateis eijcerẽt īfirmos/ et ponerẽt ī lectulis ⁊ grabatis vt veniẽte petro ſaltẽ vmbra illiꝰ obũbraret quẽq̄ illorũ/ ⁊ liberarenẗ ab īfirmitatibꝰ ſuis. Cõcurrebat aũt multitudo vicinarũ ciuitatũ hieruſalẽ: afferẽteſq̄ egros ⁊ vexatos a ſpiritibꝰ īmũdis q̄ curabanẗ oẽs. Gr. Nimis honorati ſũt amici tui deꝰ: nimis ꝯfortatus ẽ principatꝰ eoꝝ. V. Dinumerabo eos ⁊ ſuꝑ arenã multiplicabunẗ. Gr. In oẽm terrã exiuit ſonꝰ eoꝝ in fines orbis terre verba eoꝝ. Vꝰ. Celi enarrant gloriã dei: ⁊ opa manuũ eiꝰ ãnũciat firmamẽtum. Gr. Cõſtitues eos pricipes ſuper oẽm terrã memores erũt nõis tui dñe. V. Pro patribꝰ tuis nati ſũt tibi filij: ꝓpterea ppl'i ꝯfitebũẗ tibi. All'a. V. Nimis honorati ſũt amici tui deus nimis ꝯfortatꝰ ẽ pricipatꝰ eorum. All'a. V. In oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ ī fines orbꝫ t're v'ba eoꝝ. All'a. V. Per manus aũt apl'oꝝ fiebãt ſigna ⁊ ꝓdigia multa in plebe. All'a. V. Nõ vos me elegiſtis ſed ego elegi vos et poſui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus veſter maneat. Infra lxx. Tractus

Beatꝰ vir q̄ timet dñm: ī mandatis eiꝰ cupit nimis. V. Potẽs ī terra erit ſemẽ eiꝰ: generatio rectoꝝ benedicetẗ. V. Gl'ia ⁊ diuitie in domo eius: et iuſticia eiꝰ manet in ſeculum ſeculi. Sequentia.

Clare ſanctoꝝ ſenatus apoſtoloꝝ princeps orbis terrarum rectorqꝫ regnorum. Eccleſiarum mores et vitã moderare. Quis per doctrinam tuam fideles ſũt vbiqꝫ. Antiochus et remus concedunt tibi petre regni ſolium. Tyrannidem tu paule alexandrinam inuaſiſti greciã. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas neſciat aliqs veſtiſti candido. Thoma bartholomee iohannes philippe ſymõ. Jacobiqꝫ pariles andrea thadee dei Bellatores inclyti. En vos oriens et occidens. Immo teres mundi circulus Se patres havere gaudẽt et expectat iudices Et idcirco mundus omnis laudes vobis et honoꝛem ſanctis debitũ ſupplex impendit.

Sequentia.

Alleluya nunc decãtet vniuerſalis eccleſia. Extollẽdo celſa apoſtoloꝝ pͣconia Quoꝝ pꝛiceps per crucẽ ſcãdit petrꝰ alta poli culmina. Doctoꝛ oꝛbis triumphat ſub nerone vꝛbe in romulea. Crux andree digna confert pꝛemia. Jacobꝰ vterq̃ nitent laurea. Egeas illum hos iudaica gẽs tranſmiſit ad ethera. Sunt matheo ſunt iohanni collata. Duo clara gratiarũ munera. Hyꝛtacus illum necat / hunc ſuas ieſus vocat ad epulas. Philippus chriſti gratia docens pꝛedicat in ſithia. Thomas confoſſus lãcea curſum cõſummat in india. Symon ⁊ iudas dñi ſacra pſlis oſtẽdunt monita. Fuſus ſãguis ãbos ſtola perluſtrauit purpurea. Bartholomeus dat indis vite dogmata. Mathie culmẽ dedit ſoꝛs apoſtolica. Plaudat ergo tellꝰ/plaudat celoꝝ curia Et hac die ſacra plaudat pſens familia. Honoꝛãdo ſacroſancta apoſtoloꝛum merita. Hi ſunt candelabꝛa ante deum lucentia. Hi pꝛelati celſa ſummi regis in curia. Hi ſal terre/hi lux mundi/hi clara celi lumina. Jam palma iam coꝛona iam pꝛomiſſa olim menſa illis eſt appoſita. O q̃ta ⁊ pꝛeclara iam iocunda celebꝛantur illoꝛum ſolennia. His noſtra ſint ſolennia. Sit vota ſint pꝛeconia. Sint grata laudum carmina.

Secundum iohannẽ.xv.

IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Hec mãdo vobis: vt diligatis inuicẽ. Si mũdus vos odit: ſcitote q2 me pͥoꝛem vobis odio habuit. Si de mũdo fuiſſetis: mũdꝰ qđ ſuum erat diligeret. Qꝛ vero de mundo nõ eſtis: ſed ego elegi vos de mũdo/ propterea odit vos mundus. Memẽtote ſermõis mei quẽ ego dixi vobis: nõ eſt ſeruus maioꝛ dño ſuo. Si me pſecuti ſunt: ⁊ vos perſequẽtur. Si ſermonẽ meũ ſeruauerũt: ⁊ veſtrum ſeruabunt. Sz hec oĩa faciẽt vobis ꝓpt nomẽ meũ: q2 neſciunt eũ qui miſit me. Si non veniſſẽ ⁊ locutus fuiſſẽ eis pctm̃ nõ haberẽt. Nunc aũt excuſationẽ nõ habẽt de peccato ſuo. Qui me odit et patrẽ meum odit. Si opa non feciſſẽ in eis que nemo alius fecit: peccatum nõ haberẽt. Nunc aũt ⁊ viderũt ⁊ oderũt: ⁊ me ⁊ patrẽ meum. Sed vt adimpleatur ſermo qui in lege eoꝝ ſcriptus eſt: q2 odio habuerunt me gratis.

Secundum math.x.

IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos: ſicut oues in medio lupoꝝ. Eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpentes: ⁊ ſimplices ſicut columbe. Cauete autẽ ab hoibus. Tradẽt enim vos ĩ cõſilijs: et in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: et ad reges et pſides ducemini propter me in teſtimonium illis ⁊ gentibus. Cum aũt tradent vos: nolite cogitare quõ aut quid loquamini. Dabitur enim vobis ĩ illa hoꝛa: quid loquamini. Nõ enĩ vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritꝰ patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet aũt frater fratrẽ in moꝛtẽ: et pater filiũ. Et inſurgẽt filij in parentes: ⁊ moꝛte afficient eos. Et eritis odio omnibus hominibꝰ: ꝓpter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſq̃ in finem: hic ſaluꝰ erit.

¶ Secundum matheum.xix.

IN illo tp̄e: Dixit ſymõ petrꝰ ad ieſum. Ecce nos reliquimus omnia: et ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit
lis. Amen dico vobis: ꝙ vos q
ti eſtis me ĩ regeneratiõe cũ ſ

filius hoīs in sede maiestatis sue/ sedebitis ⁊ vos sup̲ sedes duodecī/ iudicātes duodecī trib⁹ isrl̄. Et oīs q̄ reliq̄rit domū vl̄ fratres/ aut sorores/ aut patrē/ aut matrē/ aut vxorē/ aut filios/ aut agros ꝓpt̄ nomē meū: cētuplum accipiet: ⁊ vitā eternā possidebit. Scd̄m matheū. xvi.

IN illo t̄pe: Venit iesus ī partes cesaree philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicēs. Quē dicūt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt. Alij iohēm baptistam: alij aūt heliā) alij vero hieremiā/ aut vnum ex prophetis. Dicit illis iesus. Vos autē quem me esse dicitis? Respōdens aūt symon petrus: dixit. Tu es xp̄s filius dei viui. Respondens autem iesus: dixit ei[illegible]catus es symon bariona/ quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sꝫ pater me⁹ q̄ in celis est. Et ego dico tibi q̄ꝛ tu es petrus: ⁊ sup̲ hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Et porte inferi: nō ꝑualebūt aduers⁹ eā. Et tibi dabo: claues regni celoꝝ. Et q̄dcunq̧ ligaueris super terrā: erit ligatum ⁊ in celis. Et quodcūq̧ solueris super terrā: erit solutum ⁊ in celis. Secundum lucam. xxij.

IN illo t̄pe: Facta est cōtētio inter discipulos iesu: q̄s eoꝝ̄ videret̄ esse maior. Dixit autē eis. Reges gētiū dn̄ant̄ eoꝝ: ⁊ q̄ potestatē habēt sup̲ eos/ bn̄fici vocātur. Vos aūt nō sic. Sꝫ qui maior est in vobꝭ: fiat sicut iunior. Et q̄ ꝑcessor est: sicut ministrator. Nā q̄s maior est qui recūbit: an q̄ ministrat? Nōne qui recūbit? Ego autē in medio vestrū sū: sicut q̄ mistrat. Vos aūt estis: q̄ ꝑmāsistis mecū in tētationibus meis. Et ego dispono vobis si[illegible]ut disposuit michi pater meus re[illegible]: vt edatis ⁊ bibatis sup̲ men[illegible]eā ī regno meo. Et sedeatꝭ sup̲ thronos iudicātes: duodecī tribus israel. Offr̄. In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Offr̄. Cōstitues eos principes sup̲ oēm terrā: memores erunt nōis tui in oī ꝓgenie et ḡnatione. Offr̄. Michi aūt nimis honorificati sūt amici tui de⁹ nimis ꝯfortat⁹ ē ꝑncipat⁹ eoꝝ. In t̄pe pasc. allā. Sec.

BEati apostoli tui. N. dn̄e solēnia recēsentes q̄s: vt ei⁹ auxilio tua beneficia capiam⁹/ ꝓ quo tibi hostias laudis offerim⁹. P. Pref. Et tu domie. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim trib⁹ israel dicit dn̄s. In t̄pe pasc. allā allā. Postcō.

VEre nos misericors deus ꝑ hec scā q̄ sūpsim⁹. ⁊ vt̄i ap̄li tui N. cui⁹ natalicia celebram⁹: semper guberna presidijs. P do. ¶ In natali vni⁹ euangeliste. Officium.

Os iusti meditabit̄ sapientiā ⁊ lingua eius loq̄tur iudiciū lex dei ei⁹ ī corde ip̄i⁹. P̄s. Noli emulari ī malignātib⁹: neq̧ zelaueris faciētes iniq̄tatē.

INteruenia ꝑ nobis dn̄e oꝝ. q̄s sāct⁹ tu⁹ N. euangelista: q̄ crucis mortificationē iugiter ī suo corpore ꝓ tui nōis honore portauit. P do. Lectio ezechielis prophete. i.

SImilitudo vultus quattuor animalium: facies hois et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies autē bouis: a sinistris ipsorum quattuor. Et facies aquile: desuper ipsoꝝ quattuor. Et facies eoꝝ ⁊ penne eoꝝ: extente desuper. Due pēne singuloꝝ iungebantur: et due tegebant corpora eoꝝ. Et vnumq̄dq̧ eoꝝ: corā facie sua ambulabat. Vbi erat ip̄et⁹ sp̄us illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ābularent. Et similitudo aialiũ et aſpectus eoꝝ: quaſi carbonũ ignis ardentium/ ⁊ quaſi aſpectus lampadaꝝ. Hec erat viſio: diſcurrẽs i medio aialium. Splendoꝛ ignis: ⁊ de igne fulgur egrediens. Et aialia ibãt et reuertebantur: in ſimilitudinem fulguris choꝛuſcantis. Gr. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã/ ⁊ lĩgua ei⁹ loq̃tur iudicium. V. Lex dei eius ĩ coꝛde ipſius/ et nõ ſupplãtabũtur greſſus eius. Allã. V. Pꝛim⁹ ad ſyon dicet ecce aſſum: ⁊ hieruſalẽ euãgeliſtã dabo. Seq̃.

Laus deuota mente choꝛo cõcinẽte chꝛiſto ſit cũ glĩa. Qui euãgeliſtas veri dogmatiſtas inſignuit gr̃a. Quiq; ſuo moꝛe lucem cum fulgoꝛe dat per oꝛbis climata. Tales dñs elegit ꝑ quos iã ſubegit hereſes ⁊ ſciſmata. Hi bis bini fontes valles atq; mõtes irrigãtes flumine. Orti paradiſo mũdũ ĩdiuiſo illuſtrantes famine. Illos per bis bina viſio diuina ſignat animalia. A quibuſdam viſa foꝛmis tunc diuiſa geſtu ſed equalia. Pẽnis decorata terris eleuata cum rotis euntia. Facie ſerena oculoꝝ plena verbi dei nuncia. In his poſſunt cerni anuli caterui quibus archa vehit̃. Quoꝝ dogma ſanum per ſamaritanum circũquaq; ſeritur. Tali q̃ſi plauſtro mulier ab auſtro ſalomonem adijt. In hac ceu q̃driga agn⁹ eſt auriga qui ꝑ nobis obijt. Iſtis in bis binis caput eſt ⁊ finis chꝛiſt⁹ complens omnia. Hoꝝ documẽtis hoꝝ inſtrumentis floꝛens ſtat eccleſia. Hoꝝ nos pꝛecatu moꝛtis a reatu ſoluat chꝛiſti gratia. Hoꝝ vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celeſtia. Secundum lucam. x. ca.

In illo tẽpoꝛe: Deſignauit dominus et alios ſeptuaginta duos: et miſit illos binos ãte faciẽ ſuã/ ĩ omnem ciuitatẽ ⁊ locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidẽ multa: oparij autẽ pauci. Rogate ergo dominũ meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite/ ecce ego mitto vos: ſicut agnos inter lupos. Nolite poꝛtare ſacculum neq; peram neq; calciamenta: ⁊ neminẽ per viam ſalutaueritis. In quãcũq; domũ intraueritis: pꝛimum dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autẽ/ ad vos reuertetur In eadem autem domo manete edẽtes ⁊ bibentes: que apud illos ſunt. Dignus eſt enĩ oparius: mercede ſua. Credo. In tp̃e paſchali. Euãgeliũ Ego ſum vitis vera. vĩs. fo. i. Offm̃. Poſuiſti dñe in capite ei⁹ coꝛonam de lapide pꝛecioſo: vitam petijt a te et tribuiſti ei allã. Et finiat̃ cũ allã quandocũq; dꝛ extra lxx. Secreta.

Donis celeſtib⁹ da nobis q̃s dñe libera mente ſeruire: vt munera que deferimus interueniẽte beato N. euangeliſta et medicinam nobis operentur et veniam. Per. Pꝛefatio. Et te dñe. Non dicitur in hac pꝛefatiõe. Per beatos euãgeliſtas. ſed Per beatos aplos. Cõ. Magna eſt glĩa ei⁹ in ſalutari tuo glĩam et magnum decoꝛẽ ĩpones ſuper eum domine. Poſtcõio.

Preſta q̃s om̃s deus: vt id quod de ſancto altari percepimus: pꝛecibus beati euangeliſte tui N. ſaluificet animas noſtras per quod ſemper tuti eſſe poſſimus. Per do. In natali vni⁹ martyꝛis. Offm̃.

Iuſtus vt palma floꝛebit: ſicut cedꝛus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atrijs domus dei noſtri. Ps. Bonum eſt confiteri domino: et pſallere nomini tuo altiſſime. Aliud officium.

Iuſtus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius tota die miſeretur et commodat et ſemen eius in benedictionē erit in eternū conſeruabitur. p̄s. Noli emulari ī malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Officium.

Gloꝛia et honoꝛe coꝛonaſti eum et conſtituiſti eum ſuꝑ opera manuū tuaꝝ. p̄s. Dn̄e dn̄s nr̄: ꝙ̄ admirabile eſt nomē tuū ī vniuerſa t̄ra. Offm̄.

In virtute tua domine letabitur iuſtus et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei. p̄s. Qm̄ ꝓueniſti eū ī bn̄dictōibꝰ dl̄cedīs poſuiſti ī capite eiꝰ coꝛonā de lapide ꝓcioſo. Aliud. Offm̄.

Letabitur iuſtus in domino et ſperabit in eo et laudabuntur omnes recti coꝛde. In tempoꝛe paſch. allā allā. p̄s Exaudi deus orationē meam cum depꝛecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe aīam meaꝫ. Aliud Officium.

Protexiſti me deus a conuētu malignātium alleluya a multitudine operātium iniqtatē allā allā. p̄. Exaudi deꝰ oꝛōnē meā cū depꝛcoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animaꝫ meā. Oꝛo.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: et interceſſione beati N. martyꝛis tui perpetuam nobis miſericoꝛdiaꝫ benignus impēde. Per dominum. ¶ Lectio libꝛi ſapientie. Eccl̄a. xiiij. ⁊ xv.

Beatus vir qui in ſapiētia moꝛabitur: ⁊ in iuſticia meditabit/ et in ſenſu cogitabit circumſpectionē dei: Cibauit illū pane vite ⁊ intellectꝰ: ⁊ aqua ſapiētie ſalutaris potabit illū. Et firmabit ī illo ⁊ nō flectet: et cōtinebit illū et non confundetur/ et exaltabi[illegible]um apud ꝓximos ſuos. Et nomi[illegible]erno hereditabit illū: dn̄s deꝰ nr̄. Lctō epyſtole btī pauli apoſtoli ad epheſios. i.

Fratres: Bn̄dictꝰ deꝰ et pater dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ꝗ bn̄dixit nos in om̄i bn̄dictiōe ſpūali ī celeſtibꝰ ī xp̄o: ſicut elegit nos ī ipſo āte mundi ꝯſtitutionē/ vt eſſemꝰ ſācti ⁊ immaculati in ꝯſpectu eiꝰ in caritate. Qui pꝛedeſtinauit nos ī adoptionē filioꝛū per ieſū chꝛiſtū in ipſū ſcd̄m pꝛopoſitum voluntatis ſue: in laudem gratie ſue in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. In quo habemus redemptionē per ſanguinē eius remiſſionem pctōꝝ: ſcd̄m diuitias gratie ſue que ſuperabūdauit in nobis. ꝑ ieſū xp̄m: dn̄m nr̄m. Lectio libꝛi ſapientie. Eccl̄iaſti. xxxi.

Beatus vir ꝗ inuentus eſt ſine macula: et qui poſt aurū non abijt nec ſperauit ī theſauris pecunie. Quis ꝫ hic: ⁊ laudabimꝰ eū? Fecit enī mirabilia: ī vita ſua. Qui ꝓbatꝰ eſt ī illo ⁊ ꝑfectꝰ iuētꝰ ꝫ: ⁊ erit illi gloꝛia eterna. Qui potuit trāſgredi et nō eſt trāgreſſus: et facere mala ⁊ nō fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illiꝰ ī dn̄o: ⁊ elemoſinas illiꝰ enarrabit: omnis eccleſia ſanctorum. ¶ Lectio epyſtole beati pauli apoſtoli: ad thimotheum. ij. iiij.

Cariſſime: Teſtificoꝛ coꝛā deo et ieſu xp̄o ꝗ iudicaturꝰ ꝫ viuos ⁊ moꝛtuos: ⁊ ꝑ aduētū ipſiꝰ et regnū eiꝰ. Pꝛedica verbū: iſta opoꝛtune impoꝛtune. Argue/ obſecra/ īcrepa: in omni patiētia ⁊ doctrina. Erit enim tp̄s cū ſanam doctrinaꝫ non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros pꝛurientes auribus. Et a veritate quidē auditū auertēt: ad fabulas autē conuertētur. Tu vero vigila: ī omnibus laboꝛa/ opꝰ fac euangeliſte/

ministeriũ tuum ĩple/ ſobrius eſto Ego enim iā delibor: ⁊ tēp⁹ mee reſolutionis inſtat. Bonum certamē certaui: curſum cōſũmaui/ fidē ſeruaui. De reliquo repoſita eſt michi corona iuſticie: quam reddet michi dñs in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autē michi: ſʒ ⁊ his qui diligũt aduētũ eius. Ad timotheum.ij.ij.

Cariſſime: Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. Nā et qui certat in agone: non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Laborātē agricolā: oportet primũ de fructib⁹ accipere. Intellige q̄ dico: dabit enī tibi dñs in oībus itellectũ. Memor eſto igitur ieſũ xp̄m reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid ſcd̄m euāgeliũ meũ/ ī quo laboro vſq; ad vicula quaſi male operās: ſʒ ṽbũ dei nō eſt alligatũ. Ideo oīa ſuſtineo ꝓpter electos: vt ⁊ ipſi ſalutē cōſequātur. Que eſt ī xp̄o ieſu: cũ gloria celeſti. Ad galathas.v.

Fratres: Cōfido de vobis in dño: q᷑ nichil aliud ſapietis. Qui aũt cōturbat vos: portabit iudiciũ quicunq; eſt ille. Ego aũt fratres ſi circũciſionē predico: quid adhuc ꝑſecutionē patior? Ergo euacuatũ eſt: ſcādalũ crucis. Utinā et abſcidātur: qui vos cōturbāt. Quicunq; enim volũt placere in carne: hi cogunt vos circũcidi tm̄/ vt crucis chriſti ꝑſecutionē nō patiātur. Neq; enī qui circũciduntur legē cuſtodiũt: ſed volũt vos circũcidi/ vt in carne vr̄a glorientur. Michi autē abſit gl̃iari: niſi in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i. Per quē michi mũdus crucifixus eſt: ⁊ ego mundo. Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput ei⁹ coronam de lapide ꝓcioſo. ꝟ. Deſiderium aīe eius tribuiſti ei ⁊ volũtate labiorũ eius nō fraudaſti eũ. Gr. Btũs vir qui timet dñm: ī mādatis ei⁹ cupit nimis. ꝟ. Potēs in terra erit ſemē ei⁹ generatio rectorũ bñdicet. Gr. Iuſt⁹ non cõturbabitur: q2 dñs firmat manũ eius. ꝟ. Tota die miſeretur ⁊ cõmodat ⁊ ſemē ei⁹ in bñdictione erit. Gr. Iuſt⁹ vt palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ꝟ. Ad ānũciādũ mane miam tuā et ṽitatē tuā ꝑ noctē. Allā. ꝟ. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹ coronam de lapide ꝓcioſo. Allā. ꝟ. Letabit̃ iuſt⁹ ī dño ⁊ ſperabit ī eo ⁊ laudabunt̃ oēs recti corde. Allā. ꝟ. Btũs vir q̄ ſuffert tētationē q̄m cũ ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronā vite. Allā. ꝟ. Btũs vir q̄ timet dñm in mādatis ei⁹ cupit nimis. Allā. ꝟ. Gl̃ia ⁊ honore coronaſti eũ dñe et cōſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuarũ. Allā. ꝟ. Iuſt⁹ nō cõturbabitur q2 dñs firmat manũ ei⁹. Tractus.

Deſideriũ aīe ei⁹ tribuiſti ei ⁊ volũtate labiorũ ei⁹ nō fraudaſti eũ. ꝟ. Qm̄ ꝑueniſti eũ ī bñdictōe dl̄cedis. ꝟ. Poſuiſti ſup caput eius coronā de lapide ꝓcioſo. Seq̄.

Organicis canamus modulis nũc. N. ſolēnia. Omnigenis dño vocibus reddētes odas debitas. Qui in ſuis ſāctis mirabilis nimis multiplici virtutũ flore eoſdē decorat/ ac mirifice adornat. Nā et in ipſis quaſi in q̄buſdā muſicis inſtrumētis digito xp̄o fides agitat fides virtutũ ſonora. Has numero ſe ꝑcurrēs ſingulas. Permiſcet ſingulis dyateſſeron melliſluā melodiā. Quā generat virtutum mater illa. Que alijs decēter cõpoſita reddit ſuauem ſimphoniam Qua ſine cuncta. Fiunt diſſona. Necnō ⁊ friuola. Qua cum oīa. Fiũt conſona. Necnon vtilia. Qua iuſti bñ. Moratī rite. Petentes excelſa poli ſydera. Alacres decātant noua cātica in cythara traicis. Quoꝝ agentes feſta conſortium mereamur in celeſti patria. Scd̄m iohēm. xij.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Amē amē dico vobis niſi granū frumēti cadēs in terram mortuū fuerit / ipm̄ ſolū manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aīam ſuā: ꝑdet eā. Et q̄ odit aīam ſuā ī hoc mūdo: ī vitā eternā cuſtodit eā. Si q̄s michi miniſtrat: me ſequat. Et vbi ſū ego: illic ⁊ miniſter me⁹ erit. Si q̄s michi miniſtrauerit: honorificabit eū pater me⁹: q̄ eſt in celis. Scd̄m lucā. x.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Qui vos audit: me audit. Et q̄ vos ſpnit: me ſpnit. Qui aūt me ſpnit: ſpnit eum q̄ me miſit. Reuerſi ſūt aūt ſeptuagitaduo cū gaudio: dicētes. Dn̄e etiā demonia ſubijciūtur nob̄ ī noīe tuo. Et ait illis. Videbā ſathanā: ſicut fulgur de celo cadētē. Ecce dedi vob̄ poteſtatē calcādi ſupra ſerpētes ⁊ ſcorpiones: ⁊ ſupra oēm virtutē inimici / et nichil vobis nocebit. Veruntamē in hoc nolite gaudere: qꝛ ſpiritus vobis ſubijciuntur. Gaudete autē ꝙ nomina veſtra: ſcripta ſunt in celis. Secūdum matheum. xvi.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Si q̄s vult poſt me venire: abneget ſemetipſū ⁊ tollat crucē ſuā / ⁊ ſeq̄tur me. Qui eñi voluerit aīam ſuā ſaluā facē: ꝑdet eā. Qui autē ꝑdiderit aīam ſuā ꝓpter me: inueniet eā. Quid enim ꝓdeſt homini ſi vniuerſū mūdum lucret: aīe vero ſue detrimētū patiat? Aut quā dabit hō ↄmutationē: pro aīa ſua? Filius eñi hoīs vēturus eſt in gloria pr̄is ſui cum angelis ſuis: et tunc reddet vnicuiq; ſcd̄m opa ei⁹. Amen dico vobis: ſunt quidā de hic ſtātib⁹ q̄ nō guſtabūt mortē / donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Secundum lucā. xiiij.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Si q̄s venit ad me et nō odit pr̄em ſuū ⁊ matrē ⁊ vxorem ⁊ filios ⁊ fratres et ſorores / adhuc aūt ⁊ aīam ſuā: nō poteſt meus eſſe diſcipl̄s. Et q̄ nō baiulat crucē ſuā ⁊ venit poſt me: nō poteſt meus eſſe diſcipl̄s. Quis eñi ex vobis volēs turrim edificare: nōne prius ſedēs cōputat ſumptus qui neceſſarij ſūt ſi habeat ad ꝑficiēdum? Ne poſtea ꝙ̄ poſuerit fundamētū ⁊ nō potuerit ꝑficere: oēs qui viderit incipiāt illudere ei dicētes. Qꝛ hic hō cepit edificare: ⁊ non potuit conſummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regē: et nō prius ſedens cogitat ſi poſſit cum decē milibus occurrere ei q̄ cum viginti milib⁹ venit ad ſe? Alioquin adhuc illo lōge agēte / legationem mittens: rogat ea que pacis ſunt. Sic ergo oīs ex vobis q̄ nō renunciat omnibus q̄ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipul⁹. S. matheū. x.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Nichil opertū qđ nō reueletur: ⁊ occultū qđ nō ſciat. Qđ dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: ꝑdicate ſup tecta. Et nolite timere eos q̄ occidunt corpus: aīam aūt non poſſunt occidere. Sed potius eū timete: qui poteſt ⁊ aīam ⁊ corpus ꝑdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt: ⁊ vnus ex illis nō cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autē et capilli capitis: omnes numerati ſūt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Oīs ergo q̄ cōfitebitur me corā hominibus: ↄfitebor ⁊ ego eum corā patre meo qui eſt in celis. In tp̄e paſc. Euāg. Ego ſum vitis vera. vt s. f. i. Offr̄. In virtute tua dn̄e letabit̄ iuſtꝰ ⁊ ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū aie eiꝰ tribuiſti ei. In tp̄e pa. allā allā. Offr̄. Poſuiſti dn̄e i capite eius coronā de lapide p̄cioſo: vitā petijt a te tribuiſti ei allā. Et ſiniāt cū allā. q̄cūq; d̄r: niſi infra lxx. Offr̄. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrꝰ q̄i libano eſt multiplicabitur. In tp̄e paſcha. allā allā. Offr̄. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e: ⁊ veritatē tuā in eccleſia ſctōꝝ allā allā. Offr̄. Gloria ⁊ honore coronaſti eum ⁊ ꝯſtituiſti eū ſup opera manuū tuarum domine. Secr̄.

PReſentia munera domine q̄ſumus ſerena pietate intuere: vt ſācti ſpūs perfundātur bn̄dictione/ quatenus illā validius i noſtris cordibꝰ dilectionem infundāt: per quā ſāctus N. martyr tuus oīa corporis tormenta deuicit. Ꝑ do. in vnita. eiuſdē. Cō. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucē ſuam ⁊ ſequatur me. Cō. Qui michi miniſtrat me ſequatur: et vbi ego ſum illic ⁊ miniſter meꝰ erit. Cō. Poſuiſti dn̄e in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. In tp̄e paſchali. allā allā. Cō. Letabit̄ iuſtus in dn̄o ⁊ ſꝑabit in eo: ⁊ laudabūtur oēs recti corde. In tp̄e paſc. allā allā. Cō. Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites q̄ manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū allā al. Cō. Magna eſt gloria eius i ſalutari tuo gloriā ⁊ magnum decorem impones ſup eū domine. Poſtcō.

QVos refeciſti dn̄e celeſti myſterio ab omnibus q̄s ꝓpiciatus abſolue delictis: vt intercedēte beato N. martyre tuo diuino munere purificatis mētibus perfruamur. Per do. no. ¶ In natali vnius martyris et pontificis. Oratio.

DEus qui ſanctā nobis huius diei leticiā pro cōmemoratione bti martyris tui. N. atq; pōtificis feciſti: adeſto familie tue p̄cibus et da vt cuiꝰ hodie feſta celebramꝰ eius meritis ⁊ interceſſionibus adiuuemur. Per do. Ad hebreos. v.

FRatres: Oīs pōtifex ex hoībus aſſūptus ꝓ hoībꝰ conſtituit̄ in his q̄ ſunt ad deū: vt offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ pc̄tis. Qui cōdolere poſſit his qui ignorāt ⁊ errāt: qm̄ ⁊ ipſe circūdatus eſt īfirmitate. Et ꝓpterea debet quēadmodū ⁊ ꝓ populo: ita etiā ⁊ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec q̄ſq̄ ſumit ſibi honorē: ſed q̄ vocat̄ a deo tanq̄ aarō/ quēadmodū ſcriptūꝫ. Tu es ſacerdos in eternū: ſecundū ordinē melchiſedech. ¶ Ad hebreos. xiij.

FRatres: Doctrinis varijs et ꝑegrinis: nolite abduci. Optimū eſt enī gratia ſtabilire cor: nō eſcis q̄ nō ꝓfuerūt ābulātibꝰ i eis. Habemꝰ altare de quo edere nō habēt poteſtatē: q̄ tabernaculo deſeruiūt. Quorꝝ enī animaliū infert̄ ſāguis ꝓ peccato i ſctā ꝑ pōtificē: horū corpora cremantur extra caſtra. Propter qđ ⁊ ieſꝰ vt ſctificaret per ſuū ſāguinē populū: extra portam paſſus eſt. Exeamꝰ igit̄ ad eū extra caſtra: improperium eius portātes Nō enim habemꝰ hic manentē ciuitatē: ſed futurā inquirimus Per ipſū ergo offeramus hoſtiā laudis ſemper deo: id eſt fructū labiorꝝ cōfitētium nomini eiꝰ. Beneficentie aūt ⁊ communionis: nolite obliuiſci. Talibꝰ enim hoſtijs: promeretur deus. Scdm matheum. ix. et. x.

IN illo tp̄e: Circuibat ieſus ciuitates oēs ⁊ caſtella: docēs i ſynagogis eorꝝ/ et predicans euangeliū regni ⁊ curās omnem lāguorē et omnē infirmitatē. Videns aūt turbas miſert⁹ ꝫ eis: qꝛ erãt vexati ⁊ iacẽtes ſicut oues nõ habẽtes paſtoꝛẽ. Tũc dixit diſciplis ſuis. Meſſis q̄dẽ multa: operarij aũt pauci. Rogate ergo dñꝫ meſſis: vt mittat oꝑarios in meſſẽ ſuã. Eũtes aũt p̄dicate dicẽtes: qꝛ appꝛopiquabit regnũ celoꝝ. Infirmos curate: moꝛtuos ſuſcitate / lepꝛoſos mũdate / demões eijcite. Gratis accepiſtis: gratꝫ date. Ecce ego mitto vos: ſicut oues i medio lupoꝝ. Eſtote ergo pꝛudẽtes ſicut ſerpẽtes: ⁊ ſiplices ſicut colũbe. Hoc ſequẽs euã. dr in feſ. cuiuſlibet ponti. exulãtis. ſiue mar. ſiue ꝯfeſ. Secõm lucã. xix.

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis: parabolam hãc. Homo q̄dã nobilis abijt in regionẽ lõginquã: accipe ſibi regnũ ⁊ reuerti Vocatis autẽ decẽ ſeruis ſuis: dedit illis decem mnas / ⁊ ait ad illos Negociamini: dũ venio. Ciues aũt eius oderãt illum: et miſerũt legationẽ poſt illum dicẽtes. Nolum⁹ hunc regnare: ſuꝑ nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos quibus dedit pecuniã / vt ſciret q̄tũ quiſqꝫ negociatus eſſet. Venit autẽ pꝛimus: dicẽs. Dñe mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone: qꝛ in modico fuiſti fidelis / eris poteſtatẽ habẽs ſuꝑ decem ciuitates. Et alter venit: dicẽs. Dñe / mna tua fecit quinqꝫ mnas. Et huic ait. Et tu eſto: ſuper quinqꝫ ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe / ecce mna tua quã habui: repoſitã in ſudario Timui enim te: qꝛ homo auſter⁹ es / tollis quod non poſuiſti / et metis quod non ſeminaſti. Dixit ei. De oꝛe tuo te iudico: ſerue neq̄ Sciebas ꝙ ego homo auſterus ſum: tollẽs qđ non poſui / et metẽs qđ non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniã meã ad mẽſam: ⁊ ego veniẽs cum vſuris vtiqꝫ exegiſſem illam? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnã: et date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei Dñe / habet decem mnas. Dico aũt vobis: qꝛ om̄i habenti dabit̃ ⁊ abũdabit. Ab eo aũt qui nõ habet: ⁊ qđ habet auferet̃ ab eo Verũtamẽ inimicos meos illos: qui noluerũt me regnare ſuper ſe / adducite huc ⁊ interficite ante me. Et his dictis pꝛecedebat: aſcendens hieroſolimam. In tp̄e paſch. Euãgeliũ. Ego ſum vitis vera. vt ſupꝛa. fo. i. Secreta.

Intende pꝛopicius queſumus domine oblata tibi hec munera: et depꝛecatione beati N. martyꝛis tui atqꝫ pontificis in cuius ea commemoꝛatione deferimus: noſipſos eademqꝫ ſanctifica. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Sumpſimus domine in ſancti martyꝛis tui atqꝫ pontificis. N. ſolẽnitate celeſtia ſacramenta: cui⁹ ſuffragijs q̄s largiaris: vt qđ tẽpoꝛalit̃ gerim⁹: eternis gaudijs conſequamur. Per dñm. ¶ In natali plurimoꝝ martyꝝ. Officium.

Intret in cõſpectu tuo domine gemitus compeditoꝛum redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eoꝛum vindica ſanguinem ſanctoꝛum tuoꝛum qui effuſus eſt. In tp̄e paſc. Allã allã. p̄s. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã: polluerunt templum ſãctum tuum / poſuerunt hieruſalem in pomoꝝ cuſtodiã. Officium.

Timete dñm omnes ſancti eius qm̄ nichil deeſt timentibus eũ: diuites eguerunt et eſurierũt inquirẽtes autẽ dñm non deficiẽt omni bono. p̄s. Bñdicã dominũ in omni tempoꝛe: ſemꝑ laus eius in oꝛe meo. Dñm.

IUſti epulẽtur ⁊ exultẽt ĩ cõſpectu dei delectẽt ĩ leticia. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipẽtur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderũt eum a facie eius. Offm.

SApiẽtiã ſctõꝝ narrãt populi ⁊ laudẽ eoꝝ nũciat ecclĩa: nõia aũt eoꝝ viuẽt ĩ ſeculũ ſclĩ. ℣. Exultate iuſti ĩ dño: rectos decet collaudatio. Offciũ.

SAlus aũt iuſtoꝛum a dño: et ꝓtectoꝛ eoꝛũ eſt ĩ tp̃e tribulatõis. ℣. Noli emulari in malignãtibꝰ: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. Offm.

SAncti tui domine benedicẽt te/ gloꝛiam regni tui dicẽt alleluya. Ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicã nomini tuo ĩ ſcłm et in ſcłm ſeculi.

Plurimoꝝ mar. nõ põtificu. Oꝛo.

OMnĩps ſempiterne deus/ da nobis ſanctoꝛum martyꝝ tuoꝛũ N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab inſtãtibus liberemur periculis: et digni efficiamur gaudijs ſempiternis. Per dñm. Plurimoꝝ martyꝝ et pontificum. Oꝛo.

OMnĩps ſẽpiterne deꝰ/ q̇ ĩ ſctõꝝ martyꝛum tuoꝝ atq; pontificũ N. et N. coꝛdibꝰ flãmã tue dilectiõis accẽdiſti: da mentibꝰ nr̃is eãdẽ fidei caritatiſq; virtutẽ: vt quoꝛũ gaudemꝰ triũphis: ꝓficiamꝰ exẽplis. Per dñm. Ad hebꝛeos. xi. cap.

FRatres: Sãcti ꝑ fidẽ vicerũt regna: operati ſũt iuſticiam/ adepti ſũt repꝛomiſſiões. Obturauerũt oꝛa leonũ: extĩxerũt ĩpetum ignis/ effugarũt aciẽ gladij/ ꝯualuerũt de ĩfirmitate/ foꝛtes facti ſũt in bello. Caſtraverterũt exteroꝝ: acceperunt mulieres de reſurrectione moꝛtuos ſuos. Alij aũt diſtẽti ſunt non ſuſcipiẽtes redẽptionẽ: vt melioꝛẽ inuenirent reſurrectionẽ. Alij vero ludibꝛia et verbera experti: inſuꝑ ⁊ vĩcula ⁊ carceres. Lapidati ſũt ſecti ſũt/ tẽtati ſũt/ ĩ occiſiõe gladij moꝛtui ſũt. Circuierũt ĩ melotis: ĩ pellibꝰ capꝛinis. Egẽtes/ anguſtiati afflicti: qbꝰ dignꝰ nõ erat mũdꝰ. In ſolitudinibꝰ errantes: ⁊ ĩ mõtibus/ ⁊ in ſpeluncis/ et in cauernis terre. Et hi omnes teſtimonio fidei pꝛobati: inuenti ſunt. In chꝛiſto ieſu: dño nr̃o. Lcõ. libꝛi ſapientie. iij.

IUſtoꝝ anime ĩ manu dei ſũt: et nõ tãget illos toꝛmẽtũ malicie. Viſi ſũt oculis ĩſipiẽtiũ moꝛi: et eſtimata eſt afflictio exitꝰ illoꝛũ. Et qḋ a nobis eſt iter exterminiũ: illi aũt ſunt ĩ pace. Et ſi coꝛã hominibus toꝛmẽta paſſi ſũt: ſpes illoꝝ ĩmoꝛtalitate plena ẽ. In paucis vexati/ in multis bñ diſponentur. Qm̃ deꝰ tentauit eos/ et inuenit illos dignos ſe. Tãq̃ aurũ in foꝛnace ꝓbauit illos: ⁊ q̃ſi olocauſta hoſtie accepit illos/ et in tp̃e erit reſpectus illoꝝ. Fulgebũt iuſti: et tanq̃ ſcintille in arundineto diſcurrent. Iudicabunt natiões: ⁊ dñabũtur populis. Et regnabit dñs illoꝛũ: in perpetuum. Lectio libꝛi ſapiẽtie. v. ca.

IUſti aũt in perpetuũ viuent: et apud dñm eſt merces eoꝛũ: et cogitatio illoꝝ apud altiſſimum. Ideo accipient regnum decoꝛis: et dyadema ſpeciei de manu domini. Qm̃ dextera ſua teget eos: et bꝛachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zeli illius: ⁊ armabit creaturã ad vltionem inimicoꝝ. Induet pꝛo thoꝛace iuſticiam: et accipiet pꝛo galea iudicium certum. Sumet ſcutum ĩexpugnabile equitatem: ibunt directe pꝛomiſſiones. Et ad certum locum deducet illos: dominus deꝰ noſter. Ad hebꝛeos. x.

FRatres: Rememoꝛamini pꝛiſtinos dies: in quibꝰ illuſtrati magnum certamē ſuſtinuiſtis paſſionū. Et ī altero q̄dē opprobrijs et tribulatiōibus ſpectaculum facti: ī altero aūt ſocij taliter conuerſantiū effecti. Nā ⁊ victis ꝯpaſſi eſtis: et rapinā bonoꝝ veſtroꝝ cum gaudio ſuſcepiſtis: cog̃ſcētes vos habere meliorē et manentē ſubſtātiam. Nolite itaq amittere cōfidētiā veſtrā: q̄ magnā habet remunerationē. Patiētia eī vobis neceſſaria eſt: vt volūtatē dei facientes reportetis ꝓmiſſionē. Adhuc eī modicū aliquātulūq: q̄ vēturꝰ ꝫ veniet et non tardabit. Juſtus aūt meus: ex fide viuit. Ad corinthios. i. iiij.

FRatres: Spectaculū facti ſumus huic mūdo: ⁊ angelis ⁊ hoībꝰ. Nos ſtulti ꝓpt̄ xp̄m: vos aūt prudētes in xp̄o. Nos infirmi: vos aūt fortes. Vos nobiles: nos autē ignobiles Uſq ī hāc horā eſurimꝰ et ſitimꝰ: ⁊ nudi ſumus ⁊ colaphis cedimur/ ⁊ īſtabiles ſumꝰ ⁊ laboramus oꝑantes manibꝰ nr̄is. Male dicimur: ⁊ bn̄dicimꝰ. Perſecutionē patimur: ⁊ ſuſtinemꝰ. Blaſphemamur: ⁊ obſecramꝰ. Tāq̄ purgamēta huiꝰ mūdi facti ſumꝰ: oīm peripſima vſq adhuc. Nō vt ꝯfūdā vos hec ſcribo: ſꝫ vt filios meos cariſſimos moneo. Jn xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. Lectio libri ſapientie. ꝓuer. xv. c.

LJngua ſapiētiū ornat ſcientiā: os fatuoꝝ ebulit ſtulticiam. Jn oī loco: oculi dn̄i ꝯtēplātur bonos ⁊ malos. Ligua placabilis lignum vite: que aūt īmoderata ꝫ cōteret ſpm̄. Domus iuſti plurima fortitudo: ⁊ in fructibꝰ īpij ꝯturbatio. Labia ſapiētium diſſemiabūt ſcientiam: cor ſtultoꝝ diſſimile erit Victime impioꝝ abominabiles domino: vota iuſtoꝝ placabilia. Qui ſequitur iuſticiaꝫ: diligetur a domino. Lectio libri ſapientie. x. capi.

REddet deꝰ mercedē laborū ſanctoꝝ ſuoꝝ: ⁊ deducet eos ī via mirabili. Et fuit illis īvelamēto diei: ⁊ ī luce ſtellaꝝ nocte. Tranſtulit illos ꝑ mare rubrum: ⁊ trāſuexit illos ꝑ aquā nimiā. Jnimicos aūt illoꝝ demerſit ī mare: ⁊ ab altitudīe īferoꝝ eduxit illos. Jdeo iuſti tulerūt ſpolia īpioꝝ: ⁊ decātauerūt dn̄e nomen ſcm̄ tuū. Et victricē manū tuā laudauerūt pariter: dn̄e deus noſter. Lctō libri ſapie. Eccl. xliiij.

HJ ſūt viri mīe: quorū iuſticie obliuionē nō acceperūt. Cū ſemine eoꝝ ꝑmanent bona: hereditas ſācta nepotes eoꝝ. Et ī teſtamētis ſtetit ſemē eoꝝ: ⁊ filij eoꝝ ꝓpter eos vſq ī et̄nū manēt. Gn̄atio eoꝝ et gl̄ia eoꝝ: nō derelinq̄t. Corpora eoꝝ ī pace ſepulta ſūt: ⁊ noīa eoꝝ viuēt in ſecula. Sapiētiam eoꝝ narrabūt oēs ppl̄i: ⁊ laudē eoꝝ ꝓnunciet omīs eccleſia ſanctorum. ℟. Glorioſus deus in ſanctis mirabilis in maieſtate faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. ℟. Clamauerūt iuſti ⁊ dn̄s exaudiuit eos ⁊ ex omnibꝰ tribulatiōibus eoꝝ liberauit eos. ℣. Juxta eſt dn̄s his qui tribulato ſunt corde ⁊ humiles ſpū ſaluabit. ℟. Timete dn̄m oēs ſcti eiuſq̄ nichil deeſt timētibꝰ eū. ℣. Jnquirētes aūt dn̄m nō deficiēt oī bono. ℟. Juſtorū aīe in manu dei ſunt et nō tāget illos tormentum malicie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiētium mori: illi aūt ſunt in pace. ℟. Exultabūt ſcti in gl̄ia: letabūtur ī cubilibus ſuis. ℣. Cantate dn̄o canticū nouū laus eiꝰ in eccl̄ia ſctōrum ℟. Vindica dn̄e ſāguinē ſctoꝝ tuorū q̄ effuſus eſt. ℣. Poſuerūt mortalia ſeruoꝝ tuorum eſcas volatilibus celi carnes ſctoꝝ tuorū beſtijs terre; Sꝶ. Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocundū hītare fratres ī vnum. ꝟ. Sicut vnguētum in capite qđ deſcēdit in barbā barbā aaron. Alius ꝟ. Mādauit dñs bñdictionē et vitā vſq in ſclꝫ. Sꝶ. Aīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laq̄o venātium. ꝟ. Laqueus cōtrit⁹ eſt ⁊ nos liberati ſumus Adiutoꝛiū nr̄m in noīe dñi qui fecit celum ⁊ terram. Allā. ꝟ. Sācti tui domīe bñdicent te gloꝛiā regni tui dicēt. Allā. ꝟ. Sctī tui domīe floꝛebūt ſicut lilium ⁊ ſicut odoꝛ balſami erunt ante te. Allā. ꝟ. Sctī ⁊ iuſti in dño gaudete vos elegit de⁹ in hereditatem ſibi. Allā. ꝟ. Vox exultatiōis ⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtoꝝ. Allā. ꝟ. Iuſti epulentur et exultēt in conſpectu dei et delectēt in leticia. Alleluya. ꝟ. Reddet deus mercedem laboꝝ ſctōꝝ ſuoꝝ ⁊ deducet illos in via mirabili. Allā. ꝟ. Mirabilis dominus noſter in ſctīs ſuis. Allā. ꝟ. Te martyꝛum candidatus laudat exercitus dñe. Tꝶ.

QUi ſemināt ī lachꝛymis ī gaudio metēt. ꝟ. Eūtes ibāt ⁊ flebāt/mittētes ſemina ſua. ꝟ. Venientes aūt veniēt cum exultatione/poꝛtātes manipulos ſuos. Sequētia.

ECce pulchꝛa candoꝛū reſonet voce allā. Intimās requiē ciuib⁹ īclyta. Felicia nimiū āgeloꝛū rutilāt agmina. Sctē ſctē ſctē xp̄o ouāter pꝛoclamātia. Sublimi ī cathedꝛa apſoꝝ ſede fulgida lāpada trib⁹ ⁊ līguas iudicātia. Qia vt ſtercoꝛa reputaſt tumida ꝓpt hoc emicāt velut ſtella firmamenti clara. Stolis cādidis martyꝝ adoꝛnāt colla Hi ſūt milites ꝙ mūdi ꝓliaſt bella. Coꝛonis albis coꝛonātur ſācti. Qui ꝯſitētes crediderūt iuſte. Vel fide certātes Reſpueſt vana. Modo habent celeſtia regna. In qua triumphant dicētes optime. Siue canticāt pſallentes carmina. Arte ludiſſua Voce dulciſona. Regi chꝛiſto ſubmittētes colla. Multum recitaris laude ſpirituum. Atq iubilaris in choꝛo virginum. Allā. Dulcimoda. Te decātāt pudicū agmina. Laus tibi ſit ſemꝑ xp̄e ꝑ omnia. Qui opitularis cātātes talia. Voce pulchꝛa. Allā. Et nos xp̄i proclamemus vna. Da nobis eťna regna floꝛida. Vbi cātem⁹ oēs allā. Seq̄.

MIrabilis deus in ſāctis mirabilia dās magnifica. Qui fide pꝛeclara vicerūt mūdi grauiſſima pericula. Iudicū minas verbera ⁊ blādicias ꝯtēnētes mēte robuſta vero trāſfuderūt regi animas. Ergo triūphāt laurea cōpti capita ſecuti recte veſtigia agni ſigularis xp̄i ſacrata. Cui aſſidue melli[illegible] dāt cātica ei⁹ ꝓdulciſſima pleni grā. Quoꝝ celebꝛātes ſolennia conſoꝛtio iungi quo mereamur xp̄s ānuat. Qui nr̄a ꝫ glīa. Scdm lucā. vi.

IN illo tp̄e: Eleuatis ieſ⁹ oculis ī diſcipulos ſuos: dicebat. Bt̄i pauperes: qꝛ veſtrū eſt regnū dei. Beati ꝗ nunc eſuritis: qꝛ ſaturabimini. Beati ꝗ nūc fletis: qꝛ ridebitis. Bt̄i eritis cū vos oderint homines: ⁊ cum ſeparauerit vos/⁊ expꝛobꝛauerint ⁊ eiecerint nomē veſtrum tāꝗ̄ malum: ꝓpter filium hominis. Gaudete in illa die: ⁊ exultate. Ecce enim merces veſtra: multa eſt in celo. Secundū matheum. v.

IN illo tp̄e: Videns ieſus turbas: aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerūt ad eū diſcipuli eius. Et aperiēs os ſuum: docebat eos dicens. Beati pauperes ſpiritu: qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Beati mites: qm̄ ipſi poſſidebunt terrā. Beati qui lugent: qm̄ ipſi cōſolabunt. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiā: qm̄ ipſi ſaturabūt. Bt̄i miſericoꝛdes: qm̄ ipſi mĩam ꝯſequẽtur. Bti mũdo coꝛde: qm̄ ipſi deũ videbunt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. Bti qui perſecutionẽ patiuntur ꝓpter iuſticiã: qm̄ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Beati eſtis cũ maledixerint vos homines / ⁊ perſecuti vos fuerint: et dixerint omne malum aduerſum vos mentientes ꝓpter me. Gaudete et exultate: quoniam merces veſtra: copioſa eſt in celis. Secundum matheũ. x.

IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Cũ ꝑſequẽtur vos ĩ ciuitate iſta: fugite in aliã. Amẽ dico vobis: non conſummabitis ciuitates iſrael / donec veniat filiꝰ hoĩs. Nõ eſt diſcipulus ſuꝑ magiſtrum: neqꝫ ſeruus ſuꝑ dñm ſuũ. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius: et ſeruo ſicut dñs eius. Si patrẽfamilias beelzebub vocauerũt: q̃to magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos. Secũdũ lucam. xxi.

IN illo tempoꝛe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ponite in coꝛdibus veſtris: non p̄meditari queãdmodũ reſpondeatis. Ego eni dabo vobis os ⁊ ſapiẽtiã: cui nõ poterũt reſiſtere ⁊ cõtradicere oẽs aduerſarij veſtri. Trademini autẽ a parentibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ moꝛte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio oĩbꝰ hoĩbus ꝓpter nomẽ meũ: ⁊ capillus de capite veſtro nõ peribit. In patiẽtia veſtra: poſſidebitis aĩas veſtras. Scdm lucã. vi.

IN illo tp̄e: Deſcẽdens ieſꝰ de mõte: ſtetit in loco cãpeſtri et turba diſcipuloꝝ eiꝰ ⁊ multitudo copioſa plebis ab oĩ iudea ⁊ hiẽrlm / ⁊ maritima / ⁊ tyri / ⁊ ſydonis q̃ venerãt vt audirẽt eũ / ⁊ ſanarẽtur a lãguoꝛibꝰ ſuis. Et q̃ vexabãtur a ſpiritibꝰ imũdis: curabãtur. Et omis turba q̃rebat eũ tãgere: qꝛ virtꝰ de illo exibat / et ſanabat oẽs. Et ipſe eleuatꝭ oculis ĩ diſcipulos ſuos: dicebat. Bti pauperes: qꝛ veſtrum eſt regnũ dei. Bti qui nũc eſuritꝭ: qꝛ ridebitis. Bti eritis cum vos oderint homines / ⁊ cũ ſeparauerint vos / ⁊ exp̄robrauerint ⁊ eiecerint nomen veſtrum tãq̃ malum: ꝓpter filium hominis. Gaudete ĩ illa die ⁊ exultate: ecce enim merces veſtra: multa eſt in celo. Secũdum lucam. xxi.

IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Cũ audieritis pꝛelia et ſeditiones: nolite terreri. Opoꝛtet p̄mũ hec fieri Sed nõdũ ſtatim finis. Tunc dicebat illis. Surget gẽs ꝯtra gẽtẽ ⁊ regnũ aduerſus regnũ ⁊ terremotus magni erũt ꝑ loca / ⁊ peſtilẽtie et fames / terroꝛeſqꝫ de celo ⁊ ſigna magna erũt. Sꝫ ante hec oĩa inijciẽt vobis manꝰ ſuas ⁊ ꝑſequẽtur tradẽtes ĩ ſynagogas et cuſtodias trahẽtes ad reges ⁊ p̄ſides ꝓpter nomen meum. Cõtinget aũt vobis: ĩ teſtimoniũ. Ponite ergo in coꝛdibꝰ vr̃is: non p̄meditari queãdmodum rñdeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ ſapiẽtiã: cui nõ poterunt reſiſtere ⁊ contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini aũt a parẽtibus et fratribus et cognatis et amicis: et moꝛte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩbus hoĩbus ꝓpter nomẽ meum: et capillus de capite vr̃o non peribit In patientia veſtra: poſſidebitis animas veſtras. Secũdũ lucã. xij.

IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Attẽdite a fermento phariſeoꝝ: qđ eſt hypocriſis. Nichil eni opertũ eſt qđ nõ reueletur: neqꝫ abſconditũ / qđ nõ ſciat. Qm̄ que ĩ tenebꝛis dixiſtis: in lumine dicẽtur Et qđ in aure locuti eſtis in cubilibꝰ: p̄dicabitur ĩ tectis. Dico aũt vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus/ ⁊ poſt hec nõ habẽt ãpli⁹ qđ faciãt. Oſtẽdam aũt vobꝫ: quẽ timeatis. Timete eũ q̄ poſtq̄ occiderit: habet poteſtatẽ mittere ĩ gehennã. Ita dico vobis hũc timete. Nõne q̄nq̃ paſſeres veneũt dipõdio: ⁊ vn⁹ ex illis nõ ẽ in obliuiõe corã deo? Sꝫ ⁊ capilli capitis vr̃i: oẽs numerati ſunt. Nolite ḡ timere: multꝭ paſſerib⁹ pluris eſtis vos. Dico aũt vobis: oĩs quicunq̃ ꝯfeſſus fuerit me corã hominib⁹/ ⁊ fili⁹ hominis cõfitebitur illũ: corã angelis dei. Scđm matheũ. xxiiij.

